tam nihil a calculis et lapillis in littore marino iacentibus differre cogita. flos purpurae tristior est, mihique principes hortari videtur ut rebus prospere fluentibus in officio sint, nec lugubri ista veste monarchatus laetitia gestiant et insolescant: haud enim solutam proterviam, sed insignem splendidamque servitutem potius imperiale sceptrum profitetur. iram mansuetudo, prudentiam timor regat. nam et apibus natura regem praeposuit, eumque aculeo indito ceu naturali quadam facultate armavit, ut male parentes et immorigeros emendare possit: non tamen tyrannicum, verum in commune utilem ac iustum aculeum apis gerit. hanc saltem imitabimur, si melius consilium mens suppeditare non poterit. ista ego ad te tanquam sator ac parens ad filium. habebis autem huius cohortationis meae iudicem quodammodo potestatem illam, quae muneribus minime transversim agitur, et aut virtuti honorem et gloriam, aut improbitati dedecus et contemptum remetitur.

Postquam dicendi datus finis, omnes collacrimari largissime, cum alii super morte imperatori iam proxima dolorem caperent, quorum videlicet in ipsum benevolentia testatior erat, alii per sympathiam miseratione colliquescerent: solet enim aliena calamitas sensum sui communicare cum intuentibus. tum imperator corona purpureaque chlamyde Mau-

πεῖχε τὸν Καίσαρα. διεχεῖτο δὲ πολλὴ ταῖς εὐφημίαις παρὰ τῶν ὑπηκόων βοή· ἔνιοι γὰρ τὸν προστησάμενον ἀπεθαύμαζον, ἀγάμενοι τῆς εὐβουλίας τὸν αὐτοκράτορα, ἕτεροι τὸν ἀναρρηθέντα
V 141 καὶ τηλικαύτης ἡγεμονίας ἑαυτὸν παραθέμενον ἄξιον, ἅπαντες δὲ τὸν αἴτιον τούτων ἁπάντων θεόν, ἄμφω ταῦτα καλῶς συμβι-
P 11 βάσαντα. ἐπεὶ δὲ ὁ μέγας οὗτος καὶ ὕστατος τοῦ βασιλέως σκοπὸς διανυθεὶς ἐτετέλεστο, τά τε τῆς ἀναγορεύσεως ἔθη κατὰ τοὺς βασιλικοὺς θεσμοὺς ἐπεπλήρωτο, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κλίνην Τιβέριος ὁ αὐτοκράτωρ ἀνέζευξεν.

B 2. Λόγος δὲ καὶ θείαν ὀμφὴν πρό τινος βραχέος τῆς νόσου καιροῦ κατηχηθῆναι Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ἔδοξε γὰρ ἐν ὕπνοις παρεστάναι αὐτῷ πάγκαλος τὴν θέαν ἀνήρ, ἐνθέου τινὸς ὡραιότητος εἰκόνα φερόμενος, τῷ μὲν λόγῳ τὸ ἄρρητον, τῇ δὲ γραφῇ τὸ ἀμίμητον. ἐσθὴς δὲ τῷ νεανίᾳ λευκή, τόν τε τόπον καὶ τὸν θεατὴν καταυγάζουσα ταῖς μαρμαρυγαῖς τῆς ἐλλάμψεως. φῆσαι δὲ πρὸς τὸν Καίσαρα, συνδημηγορούσης αὐτῷ τῆς χειρὸς ἐν τῷ σχήματι, "τάδε σοι, Τιβέριε, τὸ τρισάγιον λέγει· οἱ τύ-
C ραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοι." εἶτα τὸν βασιλέα διανήψαντα τεταράχθαι τῇ φαντασίᾳ, ὄρθριόν τε διανίστασθαι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διεξιέναι τὰ τῶν ὀνειράτων θεάματα.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ (πρὸς γὰρ τὸν λόγον ἐπάνειμι) τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ Τιβέριος, εἰ καὶ βασιλεὺς ἐτύγχανεν ὤν, ἐπει-

ricium Caesarem induit; inde multa faustum acclamantium gratulantiumque vox secuta est. quidam etenim renuntiantem de tam bono consilio admirari; quidam renuntiatum suspicere, qui tanto imperio parem animi virtutem attulisset; omnes autem horum auctorem deum collaudare, qui ambo haec adeo salutariter conciliavisset. ubi summi momenti ultimusque imperatoris scopus et voluntas ad exitum suum perducta consuetudoque legitima in creando imperatore servata est, ad lectulum suum Tiberius Augustus rediit.

2. Fertur autem paulum oppido ante morbum coelestis quaedam vox insonuisse Tiberii auribus. per quietem namque astare illi visus est adolescens aspectu multo pulcerrimus, os humerosque deo similis, supra quam dici aut scribi potest, in veste tam candida ut splendoris sui radiis locum ipsum videntemque perfunderet. hic concionabundi instar protensa manu, talibus Caesarem est affatus. "haec tibi ter sanctum numen indicat, Tiberi: tempora impia et tyrannica te imperatore non venient." (imperium te vivo tyranni non invadent) mane somno expertectus Tiberius visoque illo perturbatus surgit, quaeque sibi quiescenti mirabilia oblata sint, praesentibus refert.

Postero die ab inaugurato iam Mauricio (ut redeam unde paulisper deflexi) Tiberius quantumvis imperator legi naturae com-

θάρχησεν, ἀπέστη τε τῶν τῇδε, καὶ οἷα σκηνὴν τῆς ψυχῆς κα-
τελελοίπει τὸ ἀχθοφόρον τουτὶ καὶ γήϊνον χιτωνίσκιον. καὶ πο-
λὺς ἀνὰ τὸ ἄστυ ἐπεκύμαινε θρῆνος· πολλῶν γὰρ ὀφθαλμῶν ῥεῖ-
θρον διήνοιξε καὶ φλέβας δακρύων ἀνέτεμε, καὶ μέγα ταῖς τῶν
πολλῶν ψυχαῖς ἀνεφοίτα τὸ πένθος. τὸ φαιδρὸν τῆς στολῆς
διερρήγνυτο, τό τε κατηφὲς τῆς ἐσθῆτος ἀντελαμβάνετο. ἅπαν- D
τας ἐπὶ τὸ στυγνὸν ἐκεῖνο θέατρον συνεκάλει τὸ ἄκουσμα. εἰσέρ-
ρει τὰ πλήθη τῇ βασιλίδι αὐλῇ· οὐκ εἶχε τὰ προαύλια φύλακας
τοῖς πολλοῖς προπετάσμασι μόλις τοῖς ἐν ἀξίᾳ φιλοτιμουμένοις
τὴν εἴσοδον. κατηφὴς ὑμνῳδία πάννυχος ἦν, ταῖς φωταγωγοῖς
λαμπάσι σκυθρωπὸν ὄψιν παρέχουσα. καὶ δῆτα μετὰ τὸν ὄρ-
θρον τὰς ἀκτῖνας προβάλλοντος ἡλίου, καὶ τὸ ὑπέργειον διατρέ-
χοντος ἡμισφαίριον, προύπεμπεν ἅπας τεθνηκότα τὸν βασιλέα,
καὶ μετ' εὐφημίας εἶχεν ἐπομβρῆσαν τὸ δάκρυον, πολύς τε ἦν ὁ
ἐπιτάφιος ἔπαινος, εἷς ἀπὸ στομάτων πολλῶν προχεόμενος, οἷά
τις ποταμὸς εἰς πολλὰς ἀρχὰς μεριζόμενος ἢ δένδρον ὑψιτενές τε
καὶ εὔκομον, πολλαῖς τε καὶ μεγάλων κλάδων ἐκφύσεσι διαιρού- P 12
μενον. εἴωθε γὰρ δεινοπαθεῖν τὸ ὑπήκοον ἐπὶ ταῖς ἀώροις με-
ταστάσεσι τῶν ἐπιβεβηκότων δυνάμεων, εἴγε πιθανῶς καὶ δημο-
τικώτερον τῆς ἡγεμονίας ἀπήρξαντο. ἐπεὶ δὲ τοῦτον ὁ τῶν βα-
σιλέων ὑπεδέξατο τάφος, ἐπὶ τὴν ἐς Μαυρίκιον τὸν αὐτοκράτορα
δορυφορίαν ἅπας ἐτέτραπτο, καὶ πέρας αὐθημερὸν εἶχε τὸ δά-

muni obsecutus, et hac onerosa terrenaque tunicula exutus, et tanquam e tabernaculo suo liber egressus, esse inter homines desinit. eius obitu per civitatem ingens extitit lamentatio, atque incisis lacrimarum venis plurimorum ex oculis flumina proruperunt, luctusque singularis populo incessit. pro nitido cultu vestis obsoleta sumebatur. ad moestum illud theatrum omnes auditio convocabat, ut in aulam imperatoriam turmatim confluerent. non sufficiebant pro custodibus complura per vestibula oppansa peripetasmata, per quae solis magistratibus honoris causa introitus concedebatur. tristis psalmorum cantus totam noctem continuabatur, et lucentes per tenebras lychni spectaculum haud iucundum offerebant. ergo a matutino, sole iam radios iaculante coelumque permeante, populus quantus erat, in funus imperatoris se effundit, eumque praedicatione et lacrimarum imbribus prosequitur. multa et una eademque laus iam sepultura afficiendo plurimorum ore profundebatur, similiter ut fluvius aliquis multis capitibus sive initiis manans, aut procera et frondosa arbor compluribus magnisque ramis ab se prodeuntibus dispertita. moris quippe subditorum est immatura principum funera acerbe pati, eorum puta, qui probari et ad gratiam popularem convenienter imperitare occoeperunt. Tiberio in sepulcra imperatorum illato, ad Mauricium Augustum custodiendum ac tuendum omnes satellitum instar sese converterunt, fletusque ex ultimo Tiberii fato sus-

κρον· οὐχ οὕτω γὰρ τοῖς ἀνθρώποις τῶν παρῳχημένων ἐστὶν ἀνάμνησις ὡς ἡ περὶ τὰ παρόντα μετὰ σπουδῆς ἐπιμέλεια.

B 3. Ἤδη δὲ τὸν τῆς ἱστορίας ὑφαίνειν ἱστὸν ἀπαρχόμενος,
V 142 τούς τε βαρβαρικοὺς πολέμους ἀναγράπτους ποιούμενος, τῆς κατὰ τοὺς Ἀβάρους κινήσεως πρῶτα μνησθήσομαι διά τε τὸ τῶν πράξεων προσεχέστατον τῆς τε τάξεως τὸ προσφορώτατον. οὐκ ὀλίγα τοίνυν νεανικώτερον παρ' ἐκείνων τὸ τηνικαῦτα τετόλμηται. Οὖννοι δὲ οὗτοι, προσοικοῦντες τῷ Ἴστρῳ, ἀπιστότατον ἔθνος καὶ ἀπληστότατον τῶν νομάδην βιούντων. οὗτοι πρεσβεύονται παρὰ τὸν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον, οὐχ ἥκιστα τοῦ μεγίστου πο-
C λίσματος γενόμενοι κάτοχοι. Σίρμιον δὲ τοῦτο ὠνόμαστο, ἄστυ τε περίδοξον ἦν, τοῖς ἀνὰ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦσι Ῥωμαίοις περιλαλούμενον καὶ ᾀδόμενον. τοῦτο ἥλω πρό τινος βραχυτάτου καιροῦ τοῦ τὸν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον τὰς Ῥωμαϊκὰς μετὰ τῆς πορφύρας ἐνδύντα φροντίδας τῆς τῶν Καισάρων ἐποχεῖσθαι καθέδρας. τὸ δ' ὅπως Μενάνδρῳ τῷ περιφανεῖ σαφῶς διηγόρευται· περὶ ὧν οὔ μοι σχολὴ ἐπεξεργαστικώτερον τοῖς μακροῖς ἐκείνοις λόγοις ἐπεξελθεῖν, αὖθις δ' ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν καὶ ποιητικοῖς ἐπιτρίβεσθαι μώμοις. ἐπεὶ δὲ ἐν χερσὶ τὸ
D ἄστυ ἐγεγόνει τῶν Οὔννων, προῆλθον αἱ σπονδαί, ὅπως ἡσυχίαν ἀσπάσοιτο τὸ πολέμιον καὶ τὴν ἠρεμίαν φιλοσοφήσειεν. αἱ δὲ συνθῆκαι ἐπονείδιστοι Ῥωμαίοις· μετὰ γὰρ τηλικούτου κολοφῶνα κακοῦ, οἷά πως ἀγωνοθέται καθήμενοι, ὥσπερ ἆθλον

ceptus eo ipso die exaruit. sic enim est ingenium hominum, non tam meminisse praeterita quam studiose curare praesentia.

3. Nunc porro historiae telam texere exorsus, bella adversum barbaros administrata litteris persequar, et motum expeditionemque contra Abares primo loco, quando res illae rebus hactenus a me expositis continentissimae sunt et is ordo est commodissimus. non pauca igitur tunc ab illis per inconsideratam temeritatem et audaciam perpetrata sunt. Abares Hunni origine Istrum accolunt, gens infidissima et avarissima omnium, quotquot vitam pastoritiam agitarunt. hi urbe longe amplissima potiti ad Mauricium Augustum legatos miserunt. erat huic urbi nomen Sirmium, famaque et sermone propter nobilitatem a Romanis Europaeis celebrabatur; quam prius ceperant parvo admodum spatio, quam Mauricius curas Romanas una cum purpura indueret solioque imperatorio consideret. quo eam modo occuparint, perspicua oratione et distincte non ignobilis auctor Menander memoravit. ego otio non sic abundo, ut eius longitudini accuratius et elaboratius aliquid possim addere, praeclareque dicta iterum dicere, et poetae reprehensionem incurrere. ergo ubi Sirmium in manibus Hunnorum fuit, legatione missa ad foedus processum est, ut positis inimicitiis paci tranquillitatique consuleretur. sed foedus illud Romanis probrosissimum accidit, post tantarum siquidem cladium ab illis invectarum colophonem, ipsi velut certaminis arbitri se-

εὐδοξίας δῶρα λαμπρὰ τοῖς βαρβάροις παρείχοντο, ὀγδοήκοντα τε χιλιάδας χρυσῶν καθωμολόγουν ἀν' ἔτος ἕκαστον τοῖς βαρβάροις ἐγκαταβάλλεσθαι δι' ἐμπορίας ἀργύρου τε καὶ ποικίλης ἐσθῆτος. οὐ περαιτέρω δὲ διήρκεσαν τῶν δύο ἐνιαυτῶν αἱ P 13 σπονδαί· κατηυθαδιάσατο γὰρ Ῥωμαίων ὁ παρὰ τοῖς Οὔννοις Χαγᾶνος οὕτω λεγόμενος. φήμη δέ τις ἀμφ' αὐτὸν πρὸ τοῦ τὴν εἰρήνην διαφθαρῆναι περιεκέχυτο, ὡς ζῶα τρέφεται παρὰ Ῥωμαίοις τῷ μεγέθει καὶ τῷ σώματι ἐμφανέστατα. διὸ ἐζήτησε βασιλέα εἰς θέαν τούτων ἐλθεῖν. καὶ ψυχαγωγεῖ θᾶττον ὁ βασιλεὺς τῆς ἱστορίας τὸν ἔρωτα, καὶ δίδωσιν εἰς θεωρίαν ἐλεφάντων γενέσθαι, πέμψας ὡς αὐτὸν ἐκ τῶν παρ' αὐτῷ τρεφομένων θηρίων τὸ ἐξοχώτατον. ὁπηνίκα δ' εἶδεν τὸ Ἰνδικὸν ζῶον ὁ Χαγᾶνος ἐλέφαντα, παραυτίκα καταλύει τὸ θέατρον καὶ παλινοστεῖν προστάττει τὸ θηρίον παρὰ τὸν Καίσαρα, ἢ καταπλαγεὶς B τὸ θαυμαζόμενον ἢ ἀποφαυλίσας, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἂν ἐκρυψάμην. ἐνοχλεῖ δὲ τὸν Καίσαρα καὶ κλίνην χρυσῆν τεχνουργήσαντα ὡς αὐτὸν παραπέμψαι· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ τοῦτον μετεώριζεν ἡ τῆς παρούσης τύχης ἀκρώρεια. βασιλεὺς δὲ τὸ δῶρον ἐξεργασάμενος βασιλικῶς μετεπέμπετο. ὁ δὲ σοβαρευόμενος πολλῷ μᾶλλον κατεβρενθύετο, οἷα προπηλακιζόμενος τῷ ἀναξίῳ τοῦ δωρήματος, ἀπεπέμπετο δὲ παρὰ τὸν αὐτοκράτορα ὡς εὐτελές τι καὶ ἄκομψον τὴν χρυσῆν ἀλαζονικώτερον κλίνην. καὶ μὴν C ἠξίου καὶ πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα τοῦ χρυσοῦ χιλιάσι καὶ ἑτέρας εἴ-

dentes, barbaris dona illustria quasi quaedam inclytae virtutis praemia tribuerunt, octoginta aureorum millia in argento variaque veste a mercatoribus in annos singulos sese numeraturos polliciti. nec tamen diutius biennio foedus sanctum fuit, cum se princeps Chaganus (ut Hunnis appellabatur) contra Romanos superbe et immodeste gereret. ad cuius aures cum ante pacem violatam pervenisset animantes quasdam ali apud Romanos granditate et forma corporis visendas maxime, imperatorem oravit uti eas spectandi copiam sibi faceret. is huic videndi desiderio celeriter gratificandum ratus, elephantorum quos habebat praestantissimum pro spectaculo ad eum mittit. Chaganus belluam Indicam intuitus illico ceu e theatro digreditur, eamque ad imperatorem reduci iubet. utrum quia admirabilitate ac novitate animalis percelleretur, an quia id contemneret, dicere non habeo: nec enim id silerem. negotium praeterea imperatori exhibuit de lecto aureo, quem is artificiose confectum sibi mitteret: eo usque enim ob praesentis fortunae fastigium sese efferebat. imperator donum regaliter fabrefieri curat, eique transmittit. qui fastidio et arrogantia praeceps multo magis fremere, ut qui muneris indignitate contumeliam accepisset, lectumque illum aureum ut rem vilem et inelegantem ad imperatorem per arrogantiam remittere; insuper

κοσιν ἀν' ἔτος ἕκαστον παρὰ Ῥωμαίων ἀποίσεσθαι· καὶ δῆτα δυσανασχετοῦντος τοῦ αὐτοκράτορος, περιφρονεῖ τὰς συνθήκας
V 143 καὶ τοὺς ὅρκους ταῖς αὔραις φέρειν ἐδίδου, (4) ἀθρόον τε τὴν πολέμῳ φίλην ἀράμενος σάλπιγγα τὰς δυνάμεις συνήθροιζε,
D καὶ τὴν Σιγγηδόνα τὴν πόλιν ἐξαπιναίως ἄφρακτον οὖσαν ἔλαμβανεν, πολεμικῶν τε ὀργάνων χηρεύουσαν διὰ τὸ ἐκ τῆς εἰρήνης ῥαθυμίαν πολλὴν ὑπερεκχεῖσθαι τῆς Θρᾴκης· ἀφύλακτον γὰρ εἰρήνη, καὶ προμηθείας οὐκ ἀνεχόμενον. τῶν τε τοῦ ἄστεος τοῖς πλείστοις συμπαρομαρτεῖ ἐκτὸς αὐλιζομένοις, τῆς ἅλω τοῦτο κατεπειγούσης ποιεῖν· θέρους γὰρ ὥρα ὑπῆν, καὶ ὅσον ἀποζῆν ἐθησαυρίζοντο. ἀκονιτὶ δὲ τὴν πόλιν οὐχ εἷλεν ὁ βάρβαρος· μεγίστη γὰρ συμπλοκὴ ἀνὰ τὰς πύλας συνεπεπτώκει τοῦ ἄστεος, πολλοῖς τε τῶν Ἀβάρων διαφθαρῆναι συνέτυχε, Καδμείαν τε, τὸ τοῦ λόγου, ἀποφέρεσθαι νίκην. πολλὰς δὲ καὶ ἑτέρας ἀστυγείτονας πόλεις ληΐζεται. ταύτας δὲ ῥᾷστα καὶ πόνων ἐκτός·
P 14 ἀόρατον γὰρ ἦν τὸ κακὸν καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἀπαραδόκητον. ἀνελών τε Αὐγοῦσταν καὶ τὸ Βιμινάκιον (πόλεις δ' αὗται λαμπραὶ ὑπὸ τὸ Ἰλλυρικὸν φορολογούμεναι) παραυτίκα στρατοπεδεύεται, καὶ τὴν Ἀγχίαλον περιτέμνεται, τάς τε περιοικίδας κώμας ἐδήωσε. τὸν δὲ τῶν θερμῶν ὑδάτων οἶκον οὐκ ἀναστῆσαι φασί. λόγος δέ τις ὡς ἡμᾶς ἐξεφοίτησεν, ἐνθάδε τὰ τοῦ Χαγάνου ἀπορρύψασθαι γύναια, καὶ μισθὸν τῆς ἀπολαύσεως ἐκεῖνον αἰτεῖν μὴ καταρρίπτειν τὰ τῶν ὑδάτων οἰκοδομήματα. λέγεται δὲ τὰ ὑδάτια

9. ἐκτὸς] ἐν τοῖς IP. 14. πολλάς τε καὶ ἄστει γείτονας IP. 21. ἀποκρύψασθαι IP.

ad octoginta illa millia alia viginti anniversarie sibi a Romanis pendi postulare, imperatoreque id durius accipiente foedus contemnere, sacramenta iurata ventis discerpenda tradere, (4) nec cunctatus amicam bello tubam corripit, agmina in expeditionem evocat, urbemque Singidonem haud munitam et militari apparatu destitutam, quod ex pace et otio Thracia tota in socordiam et desidiam versa esset (negligit enim custodiam pax, nec in futurum prospicit), quodque civium plurimi, ut in messe, foris manentes, quantum vitae tolerandae sufficeret, frugum sibi demetendo colligerent, subito, quanquam non citra laborem, capit. nam intra portas acerrime pugnatum est; Abares obtruncati magno numero, et Cadmea, ut dicitur, reportata victoria. alias item non paucas et huic vicinas depraedatus est, et quidem minime operose, improvisum siquidem ac neutiquam expectatum malum veniebat. Augusta et Viminacio ad Illyricum pertinentibus in potestatem adductis, mox Anchialum infesto exercitu profectus eius agrum et vicos circumiectos populationibus et incendiis deformavit. thermarum aedificiis pepercisse audivimus, quod eius concubinae ibi lavarentur istamque commercii cum eo sui gra-

ταῦτα τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι καὶ εἰς ὑγείαν τούτοις συμμαχεῖν. τριῶν δ' ἐπιγενομένων μηνῶν πρεσβεύονται Ῥωμαῖοι πρὸς Χαγᾶνον καὶ τὸν πόλεμον ἀπεκηρυκεύσαντο, Ἐλπίδιον ἐκ- B πέμψαντες, ἄνδρα ἐς συγκλήτου βουλὴν ἀναγόμενον, τῆς τε Σικελίας ἡγεμονεύσαντα καὶ τῶν τοῦ πραίτωρος ἐπιβάντα βημάτων· ἀρχὴ δέ τις αὕτη παρὰ Ῥωμαίοις οὐκ ἄκομψος. ξυνωρικεύουσι δ' αὐτῷ καὶ Κομεντίολον, ἄνδρα τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενον, ὃν σκρίβωνα τῇ Λατινίδι φωνῇ Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν. ἧκον γοῦν ἄμφω παρὰ τὸν Χαγᾶνον ἐπὶ τὴν Ἀγχίαλον, καὶ περὶ σπονδῶν ἠξίουν ὡς προσετάχθησαν. τοῦ δὲ μὴ μετριοπαθοῦντος ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν, ἀλλὰ καὶ προσαπειλοῦντος αὐθαδικώτερον τὰ λεγόμενα τείχη καθαιρήσειν μα- C κρά, καὶ τοῦ μὲν Ἐλπιδίου ὑποχαλῶντος τοῖς λόγοις καὶ οὑτωσὶ θεραπεύοντος οἰδαινόμενον φρύαγμα, Κομεντίολος μεγαλοφρόνως τὴν τῆς γλώττης εὐγένειαν ἐπεδείκνυτο, τήν τε Ῥωμαϊκὴν ἐλευθερίαν δίκην σώφρονος δεσποίνης τινὸς ἄχραντον θαλαμεύων καὶ μὴ διαφθείρων μοιχικαῖς κολακείαις, τῶν ἀξιολογωτέρων τῶν Ἀβάρων ἅμα τῷ Χαγάνῳ παρόντων, τοῖσδε προσεχρήσατο ῥήμασιν.

5. "Ἐδόκουν σε Ῥωμαῖοι, Χαγᾶνε, τούς τε πατρῴους θρησκεύειν θεοὺς καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ὅρκων αἰσχύνεσθαι, καὶ δεξιὰς καὶ συνθήκας μηδαμῶς ἀποσείεσθαι, μηδὲ τὸν τῆς εἰρή- D νης ἄξονα διὰ σοῦ καταβάλλεσθαι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δώρων βα-

13. ὑποχαλῶντος Excerpta de Legatt. ὑποχαλοῦντος IP.

tiam peterent. ferunt aquulas istas lavantibus proficere, et ad corporis sanitatem conducere. tribus mensibus elapsis Romani ad Chaganum oratores mittunt, bellum deprecantes. unus erat Elpidius, imperialis senator, Siciliae praetura functus; qui magistratus apud Romanos in honore est. huic Elpidio collegam addunt Comentiolum, de custodibus imperatoris praecipuum, Latini scribonem dicunt. Anchialum igitur ad Chaganum venientes legati, uti in mandatis habebant, de foedere conservando rogabant. cum is in inferenda iniuria nihil mitesceret, sed superbius etiam minitaretur se longum murum, qui nominatur, disiecturum, et Elpidius ei tacens concederet itaque tumentem hominis fastum sustineret, Comentiolus excelsa mente ingenuitatem linguae suae demonstrans, Romanamque libertatem velut pudicam dominam in thalamo custodiens, nec eam moechicis adulationibus constuprans, audiente Chagano et proceribus huiuscemodi verbis locutus est.

5. "Credebant Romani, Chagane, te patrios deos colere, et alios item iurisiurandi praesides revereri, dextrasque et pacta conventa nequaquam vili pendere, neque pacem per te turbatum et eversum iri, sed et donorum, quae ab imperatoribus multa tulisti, et quam expertus

*σιλικῶν μεμνῆσθαι πολλῶν καὶ φιλοφροσύνης Ῥωμαϊκῆς, καὶ τῆς
περὶ τοὺς σοὺς προγόνους εὐεργεσίας, ταὐτὸν δὲ φιλοξενίας εἰ-
πεῖν, ἐπιλήσμονα μὴ γεγενῆσθαί ποτε, μήτε δ' ἑτέρων τῶν ὑπὸ*
V 144 *σοῦ τεταγμένων ἀδικούντων Ῥωμαίους ἀνέχεσθαι· πρέπει γὰρ
τοὺς ἡγεμόνας σωφρονεστέρους τῶν ὑπηκόων καὶ εἶναι καὶ ὀνο-
μάζεσθαι, ἵνα ὅσον τῷ κράτει ὑπερέχουσι, τοσοῦτον καὶ τῇ ἀρε-*
P 15 *τῇ διενέγκωσι. τοιγαροῦν διὰ τὴν ἐκ τῆς εἰρήνης εὔνοιαν ἀμνη-
μονοῦσι Ῥωμαῖοι τῶν ὑπὸ σοῦ προϋπηργμένων δεινῶν, καὶ πολ-
λῶν ἀδικημάτων γεγόνασιν ἐπιλήσμονες, καὶ φιλανθρωπίᾳ πάν-
των τῶν ἐθνῶν διαφέροντες οὐ πρὸς ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως κεκινή-
κασιν ὅπλα· τὴν γὰρ ἐς ὕστερον ἠρεμίαν τῶν ἔμπροσθεν ἀδικη-
μάτων νεανικώτερον ἐγχειρηθέντων περὶ πολλοῦ ἐπεποίηντο, χαί-
ρειν φράσαντες ταῖς ἀντιδόσεσιν. ἐπεὶ δὲ πάντα σοι παρῶπται
τὰ πρὸς καλοκἀγαθίαν ὁρῶντα, καὶ δίκης ὄμμα τυφλόν, καὶ πό-
δες προνοίας χωλεύουσιν, ἀμοιβὴν ἀξίαν τοῖς βεβιωμένοις ἀντι-*
B *μετρεῖν οὐ δυνάμενοι, θεὸς δέ σοι τὸ βούλημα, ὅποι καὶ θέλει
φερόμενον, οὐκ ἐπιλήσονται Ῥωμαῖοι τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς, ἀλλὰ
καὶ μέγιστον κομιδῇ κατὰ σοῦ συστήσονται πόλεμον, καὶ φόνον
πολὺν χειρουργήσουσι. προσηνέστερος γὰρ αὐτοῖς τῆς εἰρήνης
ὁ πόλεμος, ὅτε μὴ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάσοιτο τὸ πολέμιον. τί γὰρ
Ῥωμαίων τῶν πώποτε γῆς εὐκλεέστερον ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀθλούν-
των καὶ δόξης καὶ πατρίδος καὶ παίδων; εἰ γὰρ ὄρνισιν εὐτελε-
στάτοις τισὶν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἡττηθῆναι ἑκάτερον μήτε εἶξαι θα-*

es, Romanorum humanitatis ac benevolentiae meminisse, collataque in maiores tuos merita hospitalitatemve nunquam non infixam in animo habiturum, nec passurum a tuis ullum Romanis maleficium importari. aequum est enim principes iis, quibus iura et leges dant, moderatiores et esse et nominari, ut quantum iis amplitudine imperii antecedunt, tantum virtutis quoque eminentia antecellant. quapropter ob initam ex pace composita amicitiam, Romani calamitatum abs te sibi illatarum memoriam ponunt, multaque praeter ius et fas in se commissa voluntaria oblivione obruunt. et quoniam humanitatis laude inter omnes gentes principatum tenent, vindictae desiderio arma movere noluerunt, pacemque consecutam detrimentis superioribus per insolentiam vestram invectis opponentes mala malis compensanda non putarunt. quia vero cum probitate rationem nullam habere vis, et oculus iustitiae caecus est, pedes providentiae claudicant, ut factis tuis dignum reddere pretium nequeant, et cupido tua tibi deus sit, agens te quo lubet, Romani virtutem pristinam in pectus revocantes longe durissimum adversus te bellum consensu comparabunt, magnas strages edent, utpote quibus arma, hostibus quiescere detrectantibus, quam pax iucundiora sunt. qui enim populus, quae gens in orbe terrarum fuit unquam Romanis pro libertate, pro gloria, pro patria, pro liberis decertantibus illustrior? nam si volucres quae-

τέρῳ τὸν ἕτερον πόλεμος καρτερὸς καὶ μαινολίς ἐστι παράταξις, τί δῆτα ἀνθρώπους οἴει καὶ Ῥωμαίους, ἔθνος τε μαχιμώτατον καὶ βασιλείαν ὀνομαστοτάτην; ἧς οὐ ῥᾴδιον καταφρονεῖν, εἰ C μήγε μόνον αὐταῖς ταῖς ἐνάρξεσι. μὴ τοίνυν μεγαλαύχει ἐπὶ τοῖς κακῶς διατεθεῖσι καὶ ἀπίστως τὸ τήμερον· ἐπὶ γὰρ τοῖς κατωρθωμένοις τὸ μέγα φρονεῖν ἴσως ἐπαινετόν· τὸ δ' ἐπὶ κακίᾳ βρενθύεσθαι ἐν ὕβρεως μοίρᾳ, οὐκ ἐν εὐκλείᾳ προσήκει χαρακτηρίζεσθαι. μεγάλα σοι τὰ πρὸ μικροῦ τῆς ἀγνωμοσύνης ἀνδραγαθήματα· ἀλλὰ μεγίστη καὶ Ῥωμαίων ἡ δύναμις, ἥ τε τοῦ Καίσαρος ἐπιμέλεια, καὶ τῶν ὑποφόρων ἐθνῶν τὸ ἐπίκουρον, ἥ τε τῶν χρημάτων ῥοπή, τό τε τῆς θρησκείας παρὰ πάντα τὰ τῆς οἰκουμένης ἔθνη εὐσεβέστατον καὶ διὰ τοῦτο καὶ δυνατώτατον. οἷς D ἀντιστρατεύειν μόνον ἠθέλησας, τοῦ δὲ ὅπως ἂν εἴη ἠμέλησας. ποίους δὲ καὶ παρὰ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσιν εὐδοξίας χαρακτῆρας ἀποίσῃ, Ῥωμαίους ἀγνωμονῶν; ἢ τί σοι λοιπὸν ἐνέχυρον πίστεως καταλέλειπται; οἱ σοῦ παρὰ σοῦ παροινοῦνται θεοί· ὅρκοι βιάζονται, σπονδαὶ καταλέλυνται, εὐεργέται πάσχουσι κακῶς ὑπὸ σοῦ· οὐ πείθουσι δῶρα δύναμιν αἰδέσιμον ἔχοντα. ἔασον ἡμᾶς ἠρεμεῖν. μὴ τὴν σὴν εὐκαιρίαν πρὸς κακὴν ἀδολεσχίαν μετάβαλε, καὶ τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας, μόνον δὲ διὰ τὸ γείτονας εἶναί, λυμαίνειν πειρώμενος. αἰδέσθητι πρὸ τῆς σῆς κορυφῆς τὸ

16. nonne οἱ σοὶ?

dam vilissimae ne vincantur neve cedant invicem, valide furenterque confligunt, quo tu animo tandem homines et Romani generis ac seminis homines fore arbitraris, gentem bellicosissimam et imperium omnium linguis celebratum, quod (nisi in ipsa origine et infantia sua) haud aliquando contemni potuit? quare ob ea quae ad hanc diem improbe contraque fidem designasti, non est quod te iactites. propter recte facta sibi placere laudi fortasse dabitur: at in vitio se magnifice circumspicere, superbiae, non honori et gloriae adscribendum est. nobilia tu quidem non multo antehac et iniqua facinora fecisti: sed maximae etiam sunt Romanorum vires, maxima imperatoris diligentia, maxima subiectarum illi gentium auxilia. huc accedit praesentis pecuniae commoditas, et sacrorum, ut nusquam, religiosissimae sanctissimaeque caerimoniae; quamobrem officere illis potentia nulla potest. hos tu oppugnare tantummodo vis, quo autem res evasura sit, non curas. qualem porro apud finitimas gentes nomini tuo maculam inures, si te in Romanos ingratum iniustumque praebeas? aut quodnam fidei tuae pignus est reliquum? dii tui abs te laeduntur; susceptum sacramentum violatur, foedus frangitur, de bene meritis male mereris; dona, quorum est veneranda efficacitas, tibi non persuadent. patere nos quiescere, neve opportunitatem tuam ad occupationem non bonam, iis qui nulla in re tibi obfuerunt, nisi quod vicini sunt, nocere attentans, transferre velis. age,

P 16 Ῥωμαϊκὸν τουτὶ καὶ ἡμέτερον ἔδαφος· τοῦτό σοι σωτήριον γέγονε, καὶ μετανάστην ἐνηγκαλίσατο, καὶ ξένον καὶ ἔπηλυν εἰσῳκίσατο, ὅτε τῆς ἕω τοῦ τε ἀρχεγόνου φύλου ὁ σὸς ἀπόδασμος ἀπερρωγὼς διεσχίζετο. μὴ τὸν καλὸν τῆς φιλοξενίας διαλύσῃς θεσμόν, καὶ κατείπωσι φιλανθρωπίας οἱ ἄνθρωποι, καὶ διδάξεις τοὺς ἀκούοντας ὡς αἰτίαν κακῶν βδελύττεσθαι τὴν ἀσέβειαν. εἰ δὲ καὶ χρημάτων ἐρᾷς, ἤδη σοι τοῦτο παρὰ Ῥωμαίοις διήνυσται· φιλότιμον γὰρ τὸ ἔθνος, καὶ θησαυρὸς αὐτοῦ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ φιλόδωρον. ἔστι δέ σοι καὶ γῆ εὐρεῖά τε καὶ πολλῷ τῷ μήκει τὴν ἐπίδοσιν ἔχουσα, ὡς μήτε στενοχωρεῖσθαί ποτε τοὺς
B οἰκήτορας μήτε θρύψεως ἀπορεῖν τοὺς ἐπιβαίνοντας. ἐπάνηκε τοίνυν ἐπὶ τὴν σὴν γῆν, ἣν καὶ σοὶ Ῥωμαῖοι πεφιλοτίμηνται, καὶ περαιτέρω τῶν σῶν ὅρων τὴν σὴν μὴ μετοχέτευε δύναμιν. οὐδὲν γὰρ ἀδικήσουσιν ἄνεμοι, εἰ καὶ ῥαγδαίως ἐπιφοιτήσωσι, δένδρον εὐσθενὲς καὶ μετάρσιον, ᾧπερ ἡ κόμη πολλὴ στερρόν τε τὸ πρέμνον ἔμβιοί τε αἱ ῥίζαι ἀμφιλαφές τε τὸ σκίασμα, ὅπερ διατρέφουσιν ὧραι καὶ ὕδωρ, ἢ τοῖς ὀχετοῖς κατάρδον, ἢ τοῖς
V 145 ὑετοῖς οὐρανόθεν περιλιμνάζον τε καὶ πιαῖνον. οἱ δὲ καὶ ἀκόλαστον πόδα περαιτέρω τῶν οἰκείων ἐκτείνοντες μετά τινος ἐνδίκου ποινῆς ὀψέ ποτε φιλοσοφήσουσι, τὴν αἰσχύνην ἀνιαροτέραν τῶν παθημάτων φέρειν οὐκ ἔχοντες."

C 6. Ἐπεὶ δ' ὁ μέγας οὗτος διεπερατοῦτο τοῖς ῥήμασιν ἔλεγχος, ἀνάζεσις αἵματος μέγαν τῷ Χαγάνῳ θυμὸν ἐπεκύμαινε,

6. ὡς] καὶ IP. 9. γῆς IP.

prae amplitudine tua Romanum hoc et nostrum solum reverere. hoc tibi salutare fuit, exulem complexum est, peregrinumque et advenam sedibus recepit, quando ab oriente et a primigenia gente vestra portio tua ut fragmentum divulsum ac divisum est. noli praeclaram hospitalitatis legem infringere, et vagabitur latissime humanitas tua, docebitque audientes exemplo tuo impietatem malorum fontem et caput detestari. quodsi te pecunia delectat, iam ea tibi a Romanis parata est, qui honoris sunt avidi, magnificentiamque et liberalitatem pro thesauro habent. tenes tu porro terram latam et admodum longam insuper, qua neque coartentur indigenae neque ad vitam mollem et delicatam requisitis egeant. quocirca in tuam regionem tibi a Romanis donatam regredere, ultra fines tuos exercitum mitte educere: nihil enim ventorum impetus incommodabit arbori robustae, excelsae, frondosae, cuius truncus validus, vivida radix, ampla inumbratio, quam anni tempestas, et vel rivo deductae vel de coelo circumstagnantis aquae humor nutrit ac pinguefacit. qui autem trans fines suos proterve pedem transtulerint, cum iusta poena sero tandem sapient, ubi dedecus ipso damno tristius ferre non poterunt."

6. Ut primum finita est ista verborum acerbior castigatio, Chagano sanguis effervescere et magnos irarum fluctus in pectore excitare,

τό τε πρόσωπον ἅπαν ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐφοινίσσετο· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποκροκαινομένων τῇ φλογὶ τῆς ἀνοίας, διόλου τε τοῦ σχήματος ὑποδηλούντων ὅτι μὴ τῶν πρέσβεων φείσεται, τῶν τε ὀφρύων ἐς μέγα ἐξανισταμένων καὶ μικροῦ δεῖν τῶν μετώπων D *ἀπειλουσῶν ὑπερίπτασθαι, μέγιστος ἀπῃώρητο τῷ Κομεντιόλῳ ἐκ τῆς διαλέξεως κίνδυνος· τὴν γὰρ τῶν πρέσβεων ὁ βάρβαρος διαφθείρας αἰδῶ, δεσμοῖς τὸν Κομεντίολον ἠτίμωσεν, ἐν εἱρκτῇ τε ξύλων ποδοκάκῃ τοὺς πόδας ὑπέθλιβε, τό τε σκηνοπήγιον διέρρηξε τὸ τοῦ πρέσβεως. κἀντεῦθεν ἐπιχωρίῳ νόμῳ τινὶ ζημία θάνατος ἦν ἀπειλούμενος. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τὰ τοῦ θυμοῦ κατηυνάζετο, λόγοις τε πιθανοῖς παρηγοροῦντο οἱ τῶν Ἀβάρων δυνατώτατοι τὸν ἡγεμόνα, ὑποπείθοντες ὅπως μὴ δογματίσοι κατὰ Κομεντιόλου τὸν θάνατον. καὶ πείθουσι μέχρι τῶν δεσμῶν ἀποχρήσειν ἀδικεῖσθαι τοὺς πρέσβεις. ἐπινεύσας γοῦν ὁ Χαγᾶνος* P 1 *ἠτιμωμένους ὡς βασιλέα ἐξέπεμπεν, σωτηρίαν οὐ προσδόκιμόν σφισιν αὐτοῖς δωρησάμενος.*

Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους πάλιν ὁ Ἐλπίδιος ἐπὶ τῇ αὐτῇ πρεσβείᾳ χειροτονηθεὶς ἀποστέλλεται. καὶ ὡς τὸν Χαγᾶνον γενόμενος ἐζήτει πρεσβευτὴν ἅμα αὐτῷ ἐς βασιλέα γενέσθαι, ὅπως ἀναζωπυρήσειε τὰς σπονδὰς καὶ εἴκοσιν ἑτέρων χιλιάδες χρυσῶν ταῖς συνθήκαις εἴησαν ἐπαυξήματα. ὁ δὲ Χαγᾶνος τοὺς λόγους εἰσεποιήσατο, Ταργίτιόν τε τῷ τῶν Ἀβάρων φύλῳ ἄνδρα περίβλεπτον ὡς τὸν Καίσαρα σὺν Ἐλπιδίῳ παρέπεμπεν. ἧκον δ'

3. *ὑποδηλοῦντος* Exc. de Leg. 11. *κατηυξάνετο* IP. correctum ex Exc. 13. *κατὰ* addita ex Exc. 14. *ἀποχρήσει* IP. 19. *ἐζήτει* Exc. *ἐξῄτει* IP. 20. immo *ἕτεραι.*

vultus totus rubescere, oculisque prae furore scintillantibus et immodice arrectis ac propemodum supra frontem sublatis superciliis, toto denique habitu subindicare non sic abiturum legatis, et Comentiolo propter orationem pronuntiatam periculum gravissimum denuntiare. spreta enim et abiecta legatorum reverentia, barbarus illum in carcerem abduci, pedes eius cippo constringi tabernaculumque discindi iussit; quo indicio cuipiam poena mortis lege provinciali exspectanda intelligebatur. die postero, augescente ira, primores Abarum oratione idonea principem mitigant, monentes ne supplicium capitis in Comentiolum decernat, persuadentesque legatos in vincula duntaxat traditos satis ei poenarum persolvisse. annuit Chaganus, et hac ignominia multatos, ac salute quam non sperabant donatos, ad imperatorem remittit.

Anno insequenti Elpidius iterum ad eundem missus, legatum una secum super foedere instaurando et aliis viginti aureorum millibus priori summae addendis remitti precatur. Chaganus petitionem haud aspernatus, Targitium hominem inter Abares spectatissimum cum Elpidio ad imperatorem legat.

B ἄμφω ἐς βασιλέα, ῥήτρα τε καὶ ὁμολογία ἐγίνετο ἦ μὴν εἴκοσι χιλιάδας πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα καταθεῖναι Ῥωμαίους χρυσῶν, ἢ πόλεμον ἀντιλαμβάνειν παραμελήσαντας. τοιγάρτοι αἱ συνθῆκαι δοκοῦσί πως ἀναθάλπεσθαι, καὶ ὁ πόλεμος ἐκεχειρίαν ἐλάμβανε. μετά τινα δὲ βραχεῖαν χρόνου ῥοπὴν ἡ τῆς εἰρήνης εὐεξία νοθεύεται, καὶ πάλιν Ῥωμαίοις τὸ τῶν Ἀβάρων ἐπιτίθεται φῦλον, ἀλλ' οὐκ ἀναφανδόν, ῥαδιουργικώτερον δέ πως καὶ δολερώτε-
C ρον. (7) τὸ γὰρ τῶν Σκλαβηνῶν ἔθνος ἐπαφίησι, καὶ πλεῖστα τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀποκείρεται, καὶ τῶν μακρῶν μέχρι καλουμένων τειχῶν, οἷα δὴ ἄττοντες, ἀθρόον προσβαλόντες ταῖς ὄψεσι, πολὺν ἀπεργάζονται φόνον. διὸ καὶ δεδιὼς βασιλεὺς τὰ μακρὰ διεφρούρησε τείχη, καὶ τὰς περὶ αὐτὸν τῶν στρατευμάτων πληθῦς ἀπεξῆγε τῆς πόλεως, ὥσπερ ἀξιολογώτατον ἔρυμα περὶ τὸ ἄστυ αὐτοσχέδιον μηχανώμενος. τότε δή, τότε Κομεντίολος οὐκ ἄκομψον ταξιαρχίαν πιστεύεται, κατὰ δὲ τὴν Θρᾴκην ἐπιὼν ἀπελαύνει τῶν Σκλαβηνῶν πλήθη. ἀφικνεῖται δὲ καὶ κατὰ τὸν
D V 146 Ἐργινίαν, οὕτω καλούμενον ποταμόν, καὶ ἀδοκήτως ἐπὶ τοῖς Σκλαβηνοῖς καὶ καρτερῶς ἐπιτίθεται, καὶ θάνατον πολὺν τοῖς βαρβάροις ἀπεσχεδίασε. διά τοι τοῦτο καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος αὖθις χειροτονηθεὶς ἀποστέλλεται, καὶ Ῥωμαϊκαῖς ἀξίαις λαμπρύνεται, τήν τε τοῦ Πρεσεντίου τὴν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένην ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρεται. εἶτα παριόντι τῷ θέρει τὰς Ῥωμαϊκὰς συναθροίσας δυνάμεις ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ

10. δὴ ἅπτοντες P, δὴ ἄττοντες I. an forte διάττοντες?
22. περιόντι praestiterit.

decidunt statuuntque ut Romani vicenis millibus summam priorem cumulent: ni faxint, bellum habeant. hac ratione foedus recreari ac refoveri aliquo modo visum est, et ab armis concessa vacatio. breve tempus intercedit, bonaque habitudo et tanquam sanitas foederis corrumpitur, Romanosque Abari, non illi quidem manifeste, sed inertius quodammodo ac dolosius adoriuntur. (7) nam Sclavini (sive Sclavi) ab ipsis submissi ac subornati impressione facta Romanae telluris partem latissimam occupant, et usque ad murum longum, ut vocatur, confertim prosilientes grassantesque funera multa faciunt. quare etiam timens imperator murum custodit; quas apud se habebat cohortes ex urbe educit, et circum Christopolim tumultuarie veluti vallum ac tutamentum in primis eximium molitur. Comentiolo tum praefectura militaris, honestum sane munus, iniungitur, qui Sclavis per Thraciam instans eos pellit. devenit autem ad fluvium Erginum vocabulo: ibi de improviso in illos facto impetu complures extemplo mactat. qua de causa ab Augusto imperator dictus rursum in hostes mittitur, Romanisque dignitatibus illustratur, et quam Romani Praesentis nominant (is honor est ducum militiae), ea condecoratur. deinde reliqua aestate congregatis Romanorum copiis Adrianopolim contendit, atque in Andra-

πόλιν φοιτᾷ, καὶ συντυγχάνει Ἀνδραγάστῳ ἐπισυρομένῳ πλήθη Σκλαβηνῶν πολλὰ ἄγρας τε αἰχμαλώτων ἀξιολογωτάτας καὶ λείας λαμπράς. διανυκτερεύσας τε ὄρθριος ἧκε πλησίον Ἐνσίνου τοῦ φρουρίου, καὶ γεννικῶς τοῖς βαρβάροις συμπλέκεται. τὸ δὲ πολέμιον πρύμναν τε ἐκρούσατο καὶ ἐς φυγὴν ἐξωθεῖτο καὶ τῆς P 18 Ἀστικῆς αὐτῆς ἀπηλαύνετο, λευκήν τε τοῖς αἰχμαλώτοις ἡμέραν ἀνέσχε τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀνδραγάθημα. ὁ δὲ στρατηγὸς ἐπαιώνισεν ἐπινίκιον καὶ τρόπαιον ἐνιδρύσατο.

8. Μετοπώρου δὲ ἀρχομένου πάλιν οἱ βάρβαροι τὰς συν- B θήκας διέχεον, τήν τε ὁμαιχμίαν εἰς τὸ φανερὸν ἀνδραποδίζονται. λέξω δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδ' ἀναίνομαι. Σκύθης ἀνὴρ Βοκολαβρᾶ τὴν ἐπωνυμίαν περιαγόμενος (εἰ δέ τις καὶ τῆς προσηγορίας τὸ σαφέστατον ὑπογλίχῃ μαθεῖν, παραυτίκα πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μετοχετεύσω τὸ ὄνομα. μάγον, ταὐτὸν δὲ φάναι ἱερέα, τὴν τῶν Σκυθῶν ἐπὶ Ἑλληνίδα μεταμορφοῦντες φωνὴν τῆς ἑρμηνείας τευξόμεθα), οὗτος ἔδρα τὸ τηνικαῦτα καιροῦ φιλοκίνδυνον τόλμημα. παρευνάζεται γὰρ ἑνὶ τῶν τοῦ Χαγάνου γυναίων, ἡδονῇ τε βραχείᾳ δελεασθεὶς εἰς μεγάλας ἄρκυς θανάτου ἑαυτὸν ἐμπέπηχεν. ὑποτοπάσας δὲ μή που τὸ κακὸν φωρα- C θείη καὶ περίβλεπτον ὠδίνοι τὸν ἔλεγχον, ὑποπείσας ἐκ τῶν ὑπηκόων Γηπαίδων ἄνδρας ἑπτὰ τὴν φυγὴν ἐπὶ τὸ ἀρχέγονον ἐπεποίητο φῦλον. Οὖννοι δ' οὗτοι, προσοικοῦντες τῇ ἕῳ, Περσῶν πλησιόχωροι, οὓς καὶ Τούρκους ἀποκαλεῖν τοῖς πολλοῖς γνωριμώτερον. καὶ οὖν διαπορθμεύων τὸν Ἴστρον, ἐπὶ τὴν

11. *Βολοκαλάβρα* Exc. 21. *ἐποίει τὸ* Exc. i. e. *ἐποιεῖτο.*

gastum incidit, quem ingens Sclavorum caterva cum opima praeda captivorumque selectissimorum numero sequebatur. exacta illic nocte mane ad castellum Ensinum graditur, et cum barbaris praelio generose dimicat. illi paulatim cedunt, et Astice tota expelluntur, fuitque captivis dies ille ob virtutem Romanorum candidus. dux epinicion cecinit ac tropaeum erexit.

8. Auctumno ineunte barbari foedus de integro temerant, bellique societatem aperte abiiciunt et aspernantur. causam huius rei explanare non pigebit. fuit homo Scytha, Bacolabras vulgo dictus; cuius vocabuli planissimam significationem si quis requirit, sciat id Graeca lingua sacerdotem magum sonare. hic per id tempus facinus ausus est periculosissimum. cum una enim amicarum Chagani stuprum fecit, brevique voluptate inescatus in magna mortis retia se inseruit; ac metuens ne rescitum flagitium crudele sibi supplicium pareret, persuasis septem de subiectis sibi Gepidis, cum iis in fugam ad gentem avitam sese tradidit. sunt autem Hunni, habitantes in Oriente, Persarum vicini, quos multi usitatiore vocabulo Turcas nuncupant. Istrum ergo traiiciens et in ur-

Λιβιδινῶν πόλιν φερόμενος, ἁλοὺς ὑπό τινος τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων τῶν ἐς φρουρὰν συντεταγμένων τοῦ Ἴστρου, τό τε γένος ἐδήλου καὶ τὰς πάλαι διατριβὰς καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀπελαύνουσαν ἡδονήν. ἐπεὶ δὲ πιθανὸς ἐδόκει τῇ διηγήσει τοῦ ἀτυχήματος, D *παρὰ τὸν αὐτοκράτορα ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος παραπέμπεται. κἀντεῦθεν ἐδόκουν αἱ Ῥωμαϊκαὶ σπονδαὶ διασχίζεσθαι, καὶ παραγυμνοῦται ὁ πόλεμος, ἔτι Ταργιτίου τοῦ βασιλικοῦ ἐπιβαίνοντος ἄστεος ἐν πρέσβεων μοίρᾳ, καὶ τὸν ἐγκύκλιον πλοῦτον παρὰ Ῥωμαίων ὑποθερίζοντος, ὃν αἱ συνθῆκαι τῷ Χαγάνῳ ἀν' ἔτος ἐβλάστανον ἕκαστον. τοῦτό τοι καὶ βασιλέα οὐκ ἀπὸ τρόπου πρὸς ὀργὴν ὑπηρέθιζεν, οὐχ ἥκιστα φενακίζεσθαι ὑπὸ τῶν Ἀβάρων διανοούμενον, τοῦ μὲν ἐξαιτοῦντος τὸν ἐγκύκλιον πλοῦτον καὶ τὰς εἰρηναίας προσόδους, τοῦ δὲ μὴ ἀτρεμοῦντος, ἀλλὰ τὴν Εὐρώπην δῃοῦντος καὶ ἀναστάτους ποιουμένου τὰς πόλεις. ἐξοστρακίζεται γοῦν ὁ Ταργίτιος ἐπὶ τὴν Χαλκίτιδα νῆσον, ἐπὶ μῆνας σκληραγωγούμενος ἕξ, καὶ μέχρι τούτου ὁ τοῦ βασιλέως θυμὸς ὑπεφλέγμαινεν· ἠπειλεῖτο γὰρ καὶ θάνατος κατὰ τοῦ πρέσβεως δογματίζεσθαι. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Χαγᾶνον τῶν τε Σκυθῶν καὶ Μυσῶν τοὺς περιοίκους ἐλυμήναντο, εἷλόν τε πόλεις πολλάς,* P 19 *τήν τε Ῥατηρίαν καὶ Βονώνειαν καὶ Ἀκὺς καὶ Δορόστυλον καὶ Σαλδαπὰ καὶ τὰ Παννασὰ καὶ Μαρκιανούπολιν καὶ Τρόπαιον. πράγματα δέ οἱ πολλὰ παρείχετο ἡ ἐγχείρησις· οὐ γὰρ ἀνιδρωτὶ καὶ ἀπεριμερίμνως τάδε παρεστήσατο τὰ πολίσματα, καίτοι με-*

1. *Λιβίδινον* Exc.

bem Libidinum delatus, atque a quodam e ducibus Romanis ad Istri custodiam constitutis interceptus, genus et vetus studium suum voluptatemque ob quam fugeret indicavit. cum de infortunio suo narrare probabilia videretur, a duce ad imperatorem transmittitur. atque hinc existimatum est foedus Romanum turbari, et bellum aperiri coeptum, cum interim Targitius in urbem imperatoriam pro legato veniens pecuniam anniversariam ex foedere Chagano pendendam exigeret; id quod imperatorem non immerito ad iram subextimulabat, qui se Abaris manifestissimo esse ludibrio cerneret, hoc (Targitio) pensionem annuam pacalesque redditus poscente; illo (Chagano) non quiescente sed Europam lacerante et urbes evertente. relegatur itaque in Chalcitidem insulam Targitius, et ad menses omnino sex durius tractatur: eo usque imperatoris ira fervebat in legatum, cui poenam capitalem erat comminatus. Chaganus porro Scytharum Moesorumque finitimos omnes circumquaque vexabat, multasque urbes, Rhateriam, Bononiam, Acys, Dorostylum, Saldapa, Pannasa, Martianopolim, Tropaeum subigebat. caeterum non leve negotium illi facessivit oppugnatio, nec absque sudore sollicitudine ac diligentia haec oppida obtinuit, quanquam frequens accessus ad suos

γάλας ἐπικουρούσης ἐπιπνοίας αὐτῷ τῆς ἀθρόας ἐπιφοιτήσεως, V 147 ἥτις ἐς τὰ μάλιστα ἀνανταγώνιστον κακὸν τῇ ῥαθυμίᾳ παρέχεται. βασιλεὺς δὲ Κομεντίολον στρατηγὸν ἀνίστησι, καὶ τῆς πάσης ἡγεμονίας κηδεμόνα τουτονὶ προεστήσατο.

9. Ἀλλ' ἐπεὶ περί γε τῶν Οὔννων τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ B βιούντων τὰ προαύλιά μοι τῆς ἱστορίας γεγένηται, ἄγε δή, ἄγε καὶ τὰς Περσικὰς πράξεις τῇ τῆς διηγήσεως ἀνατινάξωμεν φόρμιγγι. παλινοστήσω γὰρ ἐπὶ τὴν Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἀναγόρευσιν, τὸν Μηδικὸν νῦν ἀναγραψόμενος πόλεμον. καὶ μή μοίγε τις ἀπεχθανέσθω τοῦ γε ἕνεκα παλινδρομοῦντι πρὸς τὰ πρεσβύτερα. οὐ γὰρ ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἐπάνιμεν πράξεις, εἰ καὶ περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἀνταναγώμεθα. τὸ γὰρ συνεχὲς τῶν προαφηγηθέντων οὐκ ἠνέσχετο χαλινοῦ, ἵνα μὴ τέως τῇ παρενθήκῃ τῶν ἑτεροίων ἀφηγημάτων σύγχυσιν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐμποιήσηται. C

Ἔτι πρῶτον ἔτος ἠνύετο τῆς ἡγεμονίας Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος μετὰ τὸν Περσικὸν ἐκεῖνον καὶ ἀοίδιμον πόλεμον, οὗπερ ὁ Ταμχοσρῶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν Μηδικῶν στρατευμάτων ἡγήσατο, καὶ βασιλεὺς τὸν Ἰωάννην, ᾧπερ ἐπώνυμον τὸ τῆς ὑπερῴας χελύνης κατάκομον, ὃν δὴ καὶ Μυστάκωνα προσηγόρευον Ῥωμαῖοι, ἐκ τῶν τῆς Ἀρμενίας στρατοπέδων ἐπὶ τὰς τῆς ἀνατολῆς δυνάμεις Ῥωμαϊκὰς μετεβίβαζεν. ἄρτι τοίνυν ὁ στρατηγὸς τὰς ἑῴας φροντίδας περιβαλόμενος στρατοπεδεύεται ἔνθα ὁ Νύμφιος ποταμὸς τῷ Τίγριδι ἀνακοινοῦται τοῖς ὕδασιν.

2. παρέχεται Exc. κατέχεται IP.

(quae res socordiae calamitas est insuperabilis) multum ei velut aspiraret et opem atque subsidium afferret. imperator Comentiolum excitat, eumque ex asse ducem exercitus legit.

9. Sed iam quia principium et quasi quoddam vestibulum historiae nostrae in Hunnis ad Istrum sedes habentibus consumpsimus, age, quae contra Persas acta sint, litteris deinceps prodere aggrediamur. ad Mauricii autem initia reversi bellum in Perside gestum describemus. ac nolim mihi a quoquam in vitio poni, si ad superiora et antiquiora me referam. non enim ad eadem narranda regrediar, etiamsi ad eadem tempora redeam: coniunctio enim cum his quae iam exposuimus, dilationem non concedit, nec aliis interpositis de confusione lector conqueratur.

Post praelium illud Persicum memorabile primus adhuc annus Mauricii Augusti volvebatur, quo in praelio Tamchosro, qui tum Persicas copias ductabat, suis praefuit. imperator Ioannem, cui ex longitudine mystacis Romani cognomentum Mystaconi indiderant, cohortibus Armeniis praefectum, inde avocatum militiae Romanae Orientali magistrum dederat. iam igitur huic muneri praepositus, eo contendit ubi Nymphius cum Tigride

D ἐν τούτῳ δῆτα τῷ χώρῳ ἐξαρτύεται πόλεμος, τοῦ μὲν Ἰωάννου τῆς Ῥωμαϊκῆς προεστῶτος δυνάμεως, τῆς δὲ Περσικῆς Χαρδαριγάν. Παρθικὸν τοῦτο ἀξίωμα, φίλον δὲ Πέρσαις ἐκ τῶν ἀξιωμάτων προσαγορεύεσθαι, ὥσπερ ἀπαξιούντων τὰς ἐκ τῆς γεννήσεως ὀνομασίας ἐπιφέρεσθαι· θαυμάζουσι γὰρ τύχης ἐπίδοσιν ἢ νόμον γεννήτορος τὸν περὶ τῆς σφῶν αὐτῶν προσηγορίας ἄρτι τῆς μητρῴας αὐτοῖς νηδύος προκύψασι συνανίσχοντα. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης τὴν πᾶσαν πληθὺν τῆς δυνάμεως τριτταῖς κατετάξατο μοίραις, καὶ αὐτὸς μὲν ἀνεδέξατο τοῦ μαχίμου τὸ μεσαίτατον, Κοὺρς δὲ τὸ δεξιὸν ὁ ὑποστράτηγος, Ἀριοὺλφ δὲ τὸ λαιόν. καὶ ὧδέ πως τὰ τριττὰ διεκεκόσμητο στίφη. ὡσαύτως P 20 δὲ καὶ τὸ Περσικὸν συνετέτακτο. ἐπεὶ δ' αἱ σάλπιγγες ἐνυάλιον ἤχησαν, καὶ τὸ μεταίχμιον ἐβραχύνετο, ὁ πόλεμος εἶχε τὴν πάροδον. προσβάλλουσι τοιγαροῦν Ῥωμαῖοι τοῖς δυσὶ κέρασιν, Ἰωάννης μὲν τῷ μέσῳ, Ἀριοὺλφ δὲ τῷ εὐωνύμῳ. καὶ δῆτα κρατοῦσι τῶν ἀντιμετώπων δυνάμεων. Κοὺρς δ' οὐκ ἐνέμιξε χεῖρας· ἐβάσκαινε γὰρ τὸν Ἰωάννην εὐπραγίας πέρι, ἅτε δὴ μεγίστην ἀγωνιούμενον δόξαν. καὶ οὖν εἰς τοὐπίσω Πέρσαι ἐτρέποντο· B ἐδεδίεσαν γὰρ μή που τὸ ἀντίπαλον ἐμβριθεστέραν τὴν ὁρμὴν ἐπιθείη. Ῥωμαῖοι δὲ τὸν Κοὺρς ἑωρακότες ἀπόμαχον τήν τε περὶ αὐτὸν δύναμιν, τὰ νῶτα τοῖς βαρβάροις ἐγνώριζον καὶ πρὸς τὰ ἀνάντη μετεφοίτων χωρία. οἱ δὲ Πέρσαι τῇ παλιώξει χρησάμενοι, ἐπεὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἵππον κεκμηκυῖαν ἑώρων ἔκ τε τῆς συντονίας τοῦ δρόμου ἔκ τε τῆς χαλεπότητος τῆς πρὸς τὸ δυσά-

confunditur; quo in loco certamini accinguntur, Romanos quidem Ioanne, Persas Chardarigano ducentibus. nomen dignitatis hoc est apud Parthos, quos a dignitatibus indigitari delectat, dedignantes videlicet nomina ab ortu sibi imposita: pluris enim accessiones fortunae quam paternam legem in ipsis appellandis simul ex utero materno prodeuntem faciunt. Ioannes ergo totum exercitum suum tripartito distribuit, medium agmen sibi deposcit, Cursio hypostratego sive legato dextrum, Ariulpho sinistrum committit. atque hunc in modum, in tres partes nimirum, eius copiae digestae sunt. ad eundem modum Persae dispositi. postquam exortus tubarum clangor Martem accendit, nullumque procedentibus utrinque spatium in medio relictum, pugnam invadunt; ac Ioannes quidem agmine medio, Ariulphus laevo in hostem se incitant, oppositisque a fronte aciebus praevalent. Cursius, quod Ioannis felicitati invideret (pro summa nimirum gloria adipiscenda certaturo), manus non conserebat. Persae itaque, metuentes ne adversarii validius incumberent, retrocedebant, cum Romani Cursium conflictu abstinere conspicati, barbaris terga dant et ad loca acclivia se penetrant. Persae fugientibus inhaerentes, cum Romanum equitatum ex continenti cursu et difficultate

νantες τῶν ὀχυρωμάτων καταφυγῆς, ἀρρενικῶς ἐπιτίθενται καὶ πλεῖστον τοῦ Ῥωμαϊκοῦ κεραΐζουσι, καὶ μόλις ἐπὶ τὸν χάρακα ἐπανήκειν Ῥωμαίους οἱ βάρβαροι συνεχώρησαν. ἐν τούτοις ὁ πόλεμος ἐπεπέραστο, καὶ μετοπώρου παρενέκυπτεν ὥρα.

10. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὸν πατέρα τὸν Παῦλον ἐπὶ τὴν C V 148 αὐλὴν βασίλειον λαμπρῶς καὶ περιφανῶς εἰσεδέξατο, ἔναγχος ἐπὶ τὸ Κωνσταντίνου ἄστυ γενόμενον, καὶ νυμφίος τῇ ὑστεραίᾳ ὁ βασιλεὺς πομπεύεται. τὸν γὰρ Ἰωάννην τὸν τῶν ἱεραρχικῶν ἐξηγούμενον θρόνων ἐς τὸ ἀνάκτορον εἰσκαλεσάμενος, ἐν τῷ μεγάλῳ θαλάμῳ τῷ πρὸς τῇ μεγίστῃ τῶν βασιλέων αὐλῇ (Αὐγουσταῖος δ' ἄρα οὗτος κατονομάζεται) ἠξίου τῆς ἐκ τοῦ κρείττονος τυχεῖν συναινέσεως διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον τοῦ ἱερέως ἐντεύξεως, ὅπως αἴσια τῷ βασιλεῖ τὰ τοῦ γάμου συμβαίη ἐπίχειρα. ὁ δ' ἱερεὺς τὸ βασιλικὸν ἐθεράπευσε βούλημα τῇ περὶ τὸ θεῖον ἱκετείᾳ, καὶ τῶν χειρῶν τῶν βασιλέων ἑλόμενος συνῆπτεν ἀλλήλαις, εὐκτοῖς D τε προσφθέγμασι τὸν τοῦ αὐτοκράτορος κατηυφήμησε γάμον. καὶ δῆτα καὶ τὰς κορυφὰς τῶν βασιλέων τοῖς στεφάνοις καθίδρυσε, τῶν τε θεανδρικῶν μυστηρίων μετέδωκεν, ὡς σύνηθες τοῖς θρησκεύουσι τὴν παναγῆ ταύτην καὶ ἀκίβδηλον πίστιν. εἶτα μετ' ἐκεῖνο εἰσέφρησαν ἐπὶ τὴν βασίλειον παστάδα οἱ ταῖς κορυφαῖς τῶν ἀξιωμάτων περιλαμπόμενοι, οὓς καὶ γονεῖς ἀποκαλεῖν βασιλεὺς οὐκ ἀπηξίωσεν, ἀντὶ σπορᾶς ὥσπερ καταβαλλομένους τὴν εὔνοιαν. οὗτοι προπομποὶ τοῦ βασιλέως γενόμενοι ἐν τοῖς προπυλαίοις τῶν βασιλείων ἐλιπάρουν ταῖς εὐφημίαις τὸν νυμφίον, τὸν Καίσαρα, ἐπὶ θρόνου καθίσαντα ἐπιφαίνεσθαι τοῖς

ad ardua munitaque locorum evadendi defatigatum cernerent, premebant viriliter, maximam eorum partem ita dissipantes, ut ad castra se recipere vix possent. Hic pugnae exitus fuit, et autumnus iam adventabat.

10. Imperator patrem suum Paulum, qui nuperrime Cpolim venerat, honorifice ac splendide in palatium accepit, seque postridie sponsum in pompa exhibuit. accitum enim Ioannem patriarcham in magno thalamo, iuxta aulam eiusdem palatii amplissimam, cui Augustali nomen est, rogat, uti precibus faustas fortunatasque sibi nuptias a benevolente numine precetur. ille imperatoris voluntatem officiose complexus vota concipit, et utriusque apprehensa dextra eos connubio iungit, coniugibusque optabili affatu bona omnia a deo exoptat, capitibus amborum coronas imponit, et mysteriis eos dei hominisque, ut nobis sinceram sanctissimamque fidem colentibus fieri consuetum est, impertit. posthaec clarissimis honoribus eminentes, quos imperator parentum appellatione dignabatur (qui scilicet benevolentiam illi amoremque patrium praestarent) eos in geniale cubiculum deduxerunt. hi eundem et sponsum et Caesarem rogabant bonis precibus vehementer, ut ad propylaea palatii

στρατεύμασι καὶ γαμήλια δῶρα τοῖς ὑπηκόοις χαρίζεσθαι. ἡ δὲ παστὰς ἡ βασίλειος μεγαλουργῶς ἐκεκόσμητο. ἐν τῷ περιβόλῳ
P 21 τῶν πρώτων μεγάλων τῶν βασιλέων σηκῶν χρυσῷ καὶ λίθοις ἀγερώχοις κατάκοσμος. καὶ μὴν καὶ ἁλουργοῖς ἱματίοις βαφῆς δευσοποιοῦ Τυρίας μεγατιμίου περιπόρφυρος ἦν. ἡ δὲ Τιβερίου παῖς ἡ παρθένος ἡ νύμφη προηγεῖτο τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὸν γαμήλιον θρόνον, ὡς ἐν παραβύστῳ ὅσον οὔπω ὀψομένη τοῖς δήμοις, τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων ἀθρόον διασταλέντων ὡς ἐκ συνθήματος. παραυτίκα δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν παστὸν παραγίνεται, ὑπὸ πολλῶν λευχειμόνων ἀνδρῶν περιφανῶς προπεμπόμενος. καὶ οὖν ἄνεισιν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς προπετάσμασι πομπεῦσαί τε ἅμα τοῖς
B θεαταῖς τὴν βασίλειαν καὶ περιπτύξασθαι. παρῆν δ' ὁ τοῦ βασιλέως νυμφευτής· εὐνοῦχος δ' ἄρα ἦν οὗτος τοῦ αὐτοκράτορος, Μαργαρίτης ὄνομα αὐτῷ, ἀνὴρ περίβλεπτος ἐν τῇ ἑστίᾳ τοῦ βασιλέως. ἡ δὲ βασίλειά ἐξανέστη τοῦ θρόνου, τὸν γαμέτην τὸν βασιλέα γεραίρουσα, ἀνέκραγόν τε οἱ δῆμοι ὑμέναιον. ὁ δὲ νυμφαγωγὸς κύλικι τοὺς νυμφίους ὁρώντων τῶν δήμων ἐφιλοφρονήσατο. οὐ θέμις γὰρ ἦν ἐπιθέσθαι στεφάνους· οὐ γὰρ ἰδιῶται ἐτύγχανον ὄντες οἱ νυμφευόμενοι· ἤδη γὰρ τοῦτο τῷ βασιλικῷ ἀξιώματι προκατείληπτο. ταῦτα μὲν δῆτα τῇ προτεραίᾳ. ἡ δὲ πόλις ἐπανηγύριζεν ἐν ἡμέραις ἑπτά, ἀργυρέοις τε ἐστεφάνωντο σκεύεσι· κοῖλαί τε γὰρ πίνακες καὶ λεκανίδες καὶ

3. **σηκῶν**] *εἰκὼν* interpres.

e throno sese militibus gratulaturis in conspectum daret, et congiarium nuptiale in illos conferret. iam vero thalamus imperatorius magnifice exornatus visebatur, in circuitu si quidem primorum et magnorum illorum imperatorum simulacra auro et lapillis conspicua apparebant, parietesque velamina e purpura Tyria, tincturae optimae ac pretiosissimae vestiebant. Tiberii autem filia, virgo et sponsa, imperatorem in solium nuptiale, subtilibus textis varie picturatis de industria exornatum, ut in abdito, mox a populo conspicienda praecedebat. illico imperator a compluribus candidatis honorifice deductus ingreditur, et in locum editum peristromatis illustrem, tum ut Augustam spectantibus ceu in pompa ostentaret, tum ut eam complexu foveret, ascendit. et aderat, cuius munus sponsam deducere, eunuchus quidam imperatoris Margarites nomine, aulicorum non postremus. honoris ergo imperatrix venienti marito imperatori assurrexit. tum spectatores hymenaeum exclamare. hic nymphagogus ille palam sponsis pateram meri plenam vultu iucundo porrigit: nam serta iisdem imponere non licebat, quod privati non essent, et istuc ipsum iam imperatoria maiestas anteverterat. haec igitur die altero, ut diximus, acta sunt. at civitas universa diebus septem continuis ferias agitare et honoris causa vasis uti argenteis, discis, inquam,

κυλίχναι καὶ τρυβλία μαγίδες τε καὶ κανᾶ, πλοῦτος Ῥωμαϊκὸς C
διεκέχυτο. τρυφή τε χρυσέου κόσμου, τὰ οἴκοι μυστήρια, θέατρον ἦν τοῦ βουλομένου παντὸς ἑστιᾶσαι τὰς ὄψεις. αὐλοί τε καὶ σύριγγες καὶ κιθάραι περιελάλουν ἀνειμένον ὁμοῦ καὶ ἐπαγωγόν. πολλοί τε τῶν θαυματοποιῶν πανημέριοι τὰς σφῶν αὐτῶν εὐτραπελίας τοῖς φιλοθεάμοσιν ἐθριάμβευον. οἵ τε ἐπὶ σκηνῆς λοιδορούμενοι οἷς ἂν ἐθέλοιεν, μετὰ μεγίστης ἁμίλλης τὰς γελωτοποιοὺς δραματουργίας οἷα περὶ σπουδαίου τινὸς τοῦ πράγματος ἐπεδείκνυντο. ἱππικοί τε ἐτελοῦντο ἀγῶνες. καὶ ὁ βασιλεὺς ἑστία τοὺς ἐν τέλει ἐν τῇ τῶν βασιλέων οἰκίᾳ. καὶ οὕτως ὁ περίδοξος ἐκεῖνος κατεπέπαυτο γάμος.

11. Ἐπεὶ δὲ τὸν ἱστορίαν ἀναγραφόμενον τὰς ἐπισήμους D V 149
τῶν πράξεων παντί που προὖπτον ἐς μέσον προτίθεσθαι, ἄγε δὴ φέρε καὶ τὰς δυσχερεστάτας τύχας τοῖς φαιδροτέροις ἐμμίξωμεν. ἦρος ἀρχομένου ἐν τῷ λεγομένῳ φόρῳ (περίλαμπρος δ᾽ οὗτος A. C. 583.
χῶρος τῆς πόλεως) φλόγες μαινόλεις πυρὸς ἐνεπίμπρων τὴν ὥραν P 22
τοῦ ἄστεος, καὶ θεραπεύειν τοῦ παμφάγου πυρὸς οὐχ οἷόν τε ἦν τὸν θυμόν. ὀψὲ ὑπομαλάττουσι τὸ πῦρ οἱ τῆς πόλεως, ῥείθροις χρυσοῖς ὥσπερ ὑπονικήσαντες αὐτοῦ τὸ ἀμείλικτον· μεγάλη γὰρ ἐτύγχανεν οὖσα ἡ ῥύμη τοῦ πνεύματος, ὡς μικροῦ δεῖν τῆς αἰθάλης μεταλήψεσθαι ἅπαν τὸ πόλισμα.

Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν ἐνιαυτὸν Παυλῖνός τις, ἀνὴρ τῶν οὐκ ἀσήμων τῆς πόλεως, πλείστης παιδείας μετειληφώς, ἐπὶ τὸ τῶν

12. τὴν IP.

patinis, patellis, cantharis, trullis, quadris et canistris, quae tum Romanorum divitiae proferebantur. deliciaeque ornatus aurei, domestici thesauri, theatrum quoddam erant plane quibusvis oculos pascere volentibus. tibiis et fistulis et citharis ad remissionem et oblectationem animi omnia circumstrepebant, multique praestigiarum artifices ludicris suis totos dies spectandi cupidos detinebant. alii in scena, hominum quorum libebat vitia carpentes, perstudiose ridicula dramata velut seria quaedam et gravia exercebant. insuper ludi equestres committebantur, et imperator magistratus in regiam ad epulas invitabat. atque isto modo splendidae illae nuptiae finem acceperunt.

11. Quoniam vero insignia quaeque in medium afferre historiae scriptori propositum esse norunt omnes, agedum etiam tristissimum casum laetioribus intexamus. vere se aperiente in foro quod appellatur (est autem hic locus Cpoli nobilis) flamma furens urbis elegantiam corripuit, nec ignis omnia consumentis rapida vis cohiberi potuit. cives sero tandem flammam velut aureo flumine mitigant, et rigorem eius implacabilitatemque quodammodo expugnant: saeviebat quippe ventus, ut favillae tota propemodum urbe volitarent.

Eodem anno Paulinus quidam, civis haud obscurus et doctrina liberali instructissimus, qui animam suam in barathrum praestigiarum incan-

γοήτων βάραθρον τὴν ψυχὴν κατωθήσας κατάφωρος γίνεται. ὁ δὲ τῆς ἐλέγξεως τρόπος τῶν παραδοξολογουμένων λόγων καθέστηκεν ἴδιος. λέξω δὲ τοῦτον πάνυ καθεστηκότα θαύματος ἄξιον. B ἀργύρεος λεκανίς τις ὑπῆρχε τῷ γόητι, δι' ἧς τὰς τῶν αἱμάτων χύσεις συνήθροιζεν, ὁπόταν ταῖς ἀποστατικαῖς προσωμίλει δυνάμεσι. ταύτην τὴν λεκανίδα διαπωλεῖ ἄργυρον ἐμπορευομένοις ἀνδράσιν. οἱ μὲν οὖν ἔμποροι τὰς τῆς λεκανίδος τιμὰς ἀποδόμενοι τῷ Παυλίνῳ μετεκχωρεῖν ἐνεχείρουν τὸ σκεῦος, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ ἑαυτῶν οἰκίσκου ταύτην προετίθεσαν, ἐξουσίαν διδόντες ὠνήσασθαι τῷ βουλομένῳ παντί. ἐδέησε τοίνυν τὸν ἐπισκοποῦντα τὴν πόλιν Ἡράκλειαν, ἣν Πείρινθον οἱ πάλαι ποτὲ κατωνόμαζον, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐς Βυζάντιον διατρίβειν, καὶ C θεασάμενος πρὸς ἐκποίησιν ἠρτισμένην τὴν λεκανίδα τοῦ γόητος, ταύτην ὠνεῖται περιχαρῶς, καὶ ἀπεκδημήσας τοῦ ἄστεος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπάνεισιν. ἐπεὶ δὲ τὰ θεότευκτα μύρα Γλυκερίας τῆς μάρτυρος χαλκῆ τις λεκανὶς ὑπεδέχετο, αἰδοῖ τοῦ σεβάσματος ὁ ἱερεὺς ὑπαλλάττει τὰ σκεύη, καὶ τὴν μὲν χαλκῆν ἀφαιρεῖται τῆς ἱερωτάτης ἐκείνης λατρείας, τὴν δὲ ἀργυρᾶν δεξαμενὴν προεστήσατο τῶν θεορρύτων μύρων. ἐντεῦθεν ὁ ποταμὸς ἀποπαύεται τῶν θαυμάτων, καὶ ἡ τῆς χάριτος πηγὴ κατακρύπτεται. οὐ στηλιτεύει τὰς δυνάμεις ἡ μάρτυς, συστέλλει τὸ χάρισμα, ἀφαιρεῖται τὸ δώρημα, καὶ νομοθετεῖ διὰ τὸ μύ-

5. προσωμίλου IP. 13. ἠρτησμένην IP. 19. θεοῤῥήτων IP.

tationumque demerserat, deprehenditur. modus quo sceleris huius compertus est, plurimum admirationis habet; quem exponemus. erat venefico huic pelvicula ex argento: ea hostiarum, quas daemonibus sacrificabat, sanguinem excipere solebat, quoties eorum colloquio uti liberet. hanc pretio vendit argentariis: emptam illi prae foribus domunculae suae venalem proponunt. eo ipso tempore antistiti Heracleae (quae olim dicta est Perinthus) Byzantii commorari necesse erat. is venditionis causa forte suspensam malefici pelvim conspicatus eam percupide mercatur, et ad sedem suam revertitur. quia vero divinitus stillans unguentum sive oleum de ossibus sanctae Glyceriae martyris aenea pelvis excipiebat, episcopus rei tam venerandae reverentia contactus vascula commutat, et a cultu sacratissimo aeneum removens argenteum coelesti stillicidio supponit. ex eo operum mirandorum rivus desinit, fons gratiae evanescit; non prodit publicitus vim suam martyr, beneficium retrahit, donum aufert, sibique legem indicit propter detestandum excipulum unguento in posterum non scaturire. sane quod purum est, non debet impurum contingere, ut aliquid externae eruditionis narrationi commode interseram. hoc cum diebus compluribus evenisset calamitatemque rumor per civitatem dissipasset, episcopus sese in luctum dat, et quod fiebat lamenta-

σος μὴ πηγάζειν τὸ μύρον· τῷ ὄντι γὰρ τὸ καθαρὸν τοῦ μὴ καθαροῦ οὐ θέμις ἐφάψασθαι, ἵνα καί τι τῆς θύραθεν παιδείας προσφόρως ἐνείρω τοῖς διηγήμασι. D τούτου δῆτα ἐπὶ συχνὰς γενομένου ἡμέρας, καὶ τῆς συμφορᾶς ἐπιφανοῦς γενομένης τῇ πόλει, πρὸς πένθος ὁ ἱερεὺς ἐτέτραπτο. ὀδύρεται τὸ πραττόμενον, θρηνεῖ τῶν θαυμάτων τὴν ἐγκοπήν, ἀνακαλεῖται τὸ χάρισμα, τὴν ζημίαν οὐ φέρει, τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖ, τὴν αἰσχύνην οὐ καρτερεῖ. καὶ ἦν αὐτῷ ὁ βίος ἀβίωτος, χηρευούσης τῆς ἐκκλησίας τοῦ θαύματος. διά τοι τοῦτο νηστεῖαι καὶ προσευχαὶ καταβάλλονται, στρατεύονται δάκρυα, συμμαχοῦσιν οἱ στεναγμοί, πάννυχοι δεήσεις ὁπλίζονται, καὶ πάντα συνέρχονται ὁπόσα δύνανται λύπην θεοῦ μεταβαλεῖν πρὸς τὸν ἔλεον. τοῦ τοίνυν θεοῦ καὶ τὸ μύσος ἀποστραφέντος καλῶς καὶ τὴν ἄγνοιαν δικαίως οἰκτείραντος, γίνεται κατ' ὄναρ τῷ ἐπισκοποῦντι τὴν πόλιν κατάδηλα τὰ περὶ τὴν λεκάνην βδελύγματα. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὑπεξ- P 23 άγει παραχρῆμα τοῦ ἱεροῦ τὴν ὠνηθεῖσαν λεκάνην, καὶ ἐν μέσῳ τὴν χαλκῆν ἐνεγκάμενος προτίθησι τῷ σεβάσματι ὡς ἁγνὴν καὶ πρεσβύτιδα λάτριν, οἷα παρθένον τινὰ καὶ ἄχραντον βδελυρᾶς γοητείας. καὶ δῆτα παραυτίκα ἐπιφαίνονται αὖθις τὰ θαύματα καὶ κατομβρίζεται μύρον, βλύζει τὸ χάρισμα, πηγάζει τὸ δώρημα, τὸ δάκρυον στέλλεται, τὸ σκυθρωπὸν διαλύεται, τὸ V 150 βδέλυγμα στηλιτεύεται, καὶ πάλιν τὴν ἑαυτῆς περιβάλλεται δόξαν· ἕτοιμος γὰρ οἰκτειρῶσαι θεὸς εὐσεβῶς πρεσβευόμενος. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ἐπὶ τὸ βασίλειον γενόμενος πόλισμα, τίς τε ὁ πεπρακὼς τὴν λεκανίδα ὑπὸ τῶν ἐμπορευσαμένων μεμαθηκώς, ἐπὶ B

tur: effectorum supra naturam interruptionem deplorat, donum reposcit, detrimentum non sustinet, causam indagat, dedecus indignatur, ecclesiaque re tam admirabili viduata vitam sibi vitalem non putat. igitur ieiunia et comprecationes instituuntur, profunduntur lacrimae, ducuntur gemitus; totae noctes in deo suppliciter rogitando ponuntur, coniunguntur que omnia quae iram eius convertere in misericordiam possunt. cum itaque deus et execrandum illud scelus iure aversaretur et ignorantiam iuste miseraretur, episcopum de abominandis sacris in pelvi illa factitatis per quietem monet. ille nil moratus pelvim argenteam templo subducit, illatamque in medium aeneam, perinde ut castam et antiquam famulam et virginem aliquam incorruptam pro execranda praestigiatrice, venerabili monumento rursum subiicit. statim sese miracula denuo effundunt, oleum depluit, beneficium scaturit, donum profluit, lacrimae inhibentur, luctus praeciditur, tristitia fugatur, piaculumque detestabile perinde ut in columna incisum cognoscitur ab omnibus, et pelvis aenea postliminio gloriam suam recuperat: paratus est enim deus tribuere misericordiam pie supplicantibus. episcopus in urbem imperialem reversus,

τὸν ἱεράρχην ἀφικόμενος Ἰωάννην πάντα τὰ συγκυρήσαντα ἀνατίθεται. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης δεινοπαθήσας ἐπὶ τοῖς διηγήμασι, καὶ φέρειν οὐκ ἔχων τὴν ἀκοήν, ἀθρόον φοιτᾷ πρὸς τὰ βασίλεια, τῷ τε αὐτοκράτορι τῶν ἱστορηθέντων αὐτῷ μετεδίδου τοὺς λόγους. ὁ μὲν οὖν Μαυρίκιος νωθρότερόν πως πρὸς τὸν φόνον τῶν ἠτυχηκότων ἑώρα· ἠξίου γὰρ μεταμέλῳ μᾶλλον ἢ ζημίᾳ τοὺς παραπεπτωκότας ἰάσασθαι. ὁ δὲ ἱεράρχης ἐκραταίου τὴν ἔνστασιν, ἀποστολικώτερον ἐπειγόμενος πυρὶ τοὺς ἀφεστηκότας τῆς πίστεως παραδίδοσθαι, ἐπὶ στόματος τὰ τοῦ Παύλου C προφερόμενος ῥήματα, φάσκων ἐπὶ λέξεως οὕτως "ἀδύνατον τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας. γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον πολλάκις ὑετόν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας παρὰ τοῦ θεοῦ· ἐκφέρουσα δ' ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγύς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν." γίνεται τοίνυν τὸ D βασιλικὸν ἀδρανέστερον βούλημα, καὶ κρατεῖ ὁ Ἰωάννης τοῖς λόγοις. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δικαστήριον συγκροτεῖται, καὶ οἱ γόητες ἀνετάζονται, καὶ καταδίκῃ περιπλακέντες ἀφύκτῳ πρὸς κόλασιν ἐξεδίδοντο. ὁ μὲν οὖν Παυλῖνος ἀνασκολοπίζεται ξύλῳ στερρῷ, τὴν πρὸς τὸ ἄναντες κεχηνότι ἀκρώρειαν, ἐνέρσει τε τούτῳ ἅμα

venditoreque pelvis illius ab argentariis exquisito et invento, ad Ioannem patriarcham adit, rem totam a capite arcessens ei commemorat. patriarcha exclamare indignum facinus, auresque avertere, e vestigio in palatium abire et sibi cognita imperatori nuntiare. Mauricius ad sontes capite puniendos aliquando languidior erat, cum eos resipiscentia quam supplicio sanari aequius arbitraretur. sed patriarcha admovere stimulos, et libertate apostolica postulare ad rogum qui a fide defecissent, proferreque illam Pauli sententiam ad verbum "impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, qui gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum dei verbum virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam, rursum crucifigentes sibimet ipsis filium dei et ostentui habentes. terra enim saepe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a deo. proferens autem spinas ac tribulos reproba est et maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem." hac oratione Ioannes voluntatem imperatoris inflexit. die proxime sequenti iudices coguntur, praestigiatores legibus interrogati sententia irrevocabili ad poenas deduntur. Paulinus in palum seu stipitem robustum tollitur, cuius summa

τῷ φάρυγγι τοὺς ἐν τῷ τραχήλῳ σφονδύλους ἀπαγχονιζόμενος
ἀπεπνίγετο, οὕτω τε τὸν ἀσεβῆ κατεστρέψατο βίον, προτεθεα-
μένος τὴν ἀποτομὴν τοῦ παιδός· ἣν γὰρ μεταδοὺς τῷ υἱῷ τῆς
βδελυρᾶς καὶ ἀνοσίας τῶν γοήτων καὶ μαγγανείας.

12. Ὁ δὲ τῆς Μηδικῆς σατράπης δυνάμεως τὸ Ἀφούμων P 24
περικαθήμενος φρούριον ἐπειρᾶτο ἑλεῖν. ὁ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ
ταξίαρχος τοῦτο πυθόμενος ἧκε πλησίον τοῦ Νυμφίου, καὶ τὸ
Ἀκβᾶς ἐνεχείρει αἱρήσειν. δύσληπτον δὲ τουτὶ τὸ ὀχύρωμα, καὶ
πρὸς πολιορκίαν ἀκαταγώνιστον. ἐπικάθηται δὲ τὸ φρούριον ἐπ'
ὄρους αὐχένα, ἀμφοῖν δὲ ταῖς λαγόσιν ἐστὶν ἀμφίκρημνον. τό
τε φρούριον τοῦτο μεγάλαις κοιλαίνεται φάραγξιν, ὡς μίαν εἶναι B
λοιπὸν συμβαίνειν τὴν ἐπὶ μέτωπον εἴσοδον, τειχιζομένην στε-
γανῶν λίθων συνθήκαις. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ ὁ στρατη-
γὸς ἐπετίθετο, ἐπὶ τὴν στεφάνην τοῦ ἕρκους φρυκτωρίας ἐξῆψαν
οἱ πολιορκούμενοι, ὁπόσος παραδηλοῦντες ὁ κίνδυνος τοῖς ἀμφὶ
τὸν Καρδαριγᾶν γλιχομένοις παραστήσασθαι τὸ Ἀφούμων·
τοιαύτας γὰρ τοῖς τοῦ Ἀκβᾶς συνθήκας ὁ τῶν Περσῶν κατεβά-
λετο στρατηγός. τὸ δὲ Περσικὸν ἀναλαμπούσης ἡμέρας ὑπὸ
πρώτην ἕω συντεταγμένον τοῖς Ῥωμαίοις ἐφίστατο, τῶν τε ἵπ- C
πων ἀποβάντες τῆς μάχης ἀπήρχοντο. καὶ τῷ συνεχεῖ τῆς βο-
λῆς οἱ βάρβαροι Ῥωμαίων ἐκράτησαν. συνέχεαν γὰρ τὰς ὄψεις
τῶν ἀντιπάλων ταῖς ἐκπομπαῖς τῶν βελῶν· τοξοφόρον γὰρ τὸ
ἔθνος, καὶ δύναμις αὐτῷ τὸ κατάπτερον τοῦτο ἀκόντιον. τῶν

13. τοὺς IP. 22. τῶν deest IP.

pars diffissa hiabat. in eum hiatum collo inserto strangulatus expirat. sic ille vitam impiam finivit, cum prius filio caput rescindi aspexisset, quem sibi in nefariis et impiis imposturis carminibusque magicis discipulum atque socium asciverat.

12. Caeterum Persarum ductor Aphumos castellum circumsidens id expugnare incipiebat. re comperta Romanus dux Ioannes ad flumen Nymphium procedit, castellumque Acbas contra recipere molitur; quod quidem quia natura munitum, captu fuit difficile et obsidione inexpugnabile. situm est in iugo montis, ab utroque latere praecipitium habet, et altis vallibus cingitur, ut unicus a fronte ingressus sit reliquus, et is solido de lapide extructus. ubi Romanus locum hunc adortus est, obsessi in pinnis murorum faces accendunt, significantes iis qui cum Cardarigano Aphumos premebant, quanto in discrimine versarentur: de huiusmodi namque signo cum Acbasianis Persarum duci convenerat. Persae die albescente instructis ordinibus Romanis superveniunt, et ex equis se deiicientes pugnam auspicantur, sagittarumque imbre coeli aspectum adimentes superiores evadunt. est nimirum gens ea arcui dedita, et in iaculis pennatis robur eius virtusque consistit. Romanis autem in

δὲ Ῥωμαίων συγκεκλεισμένων ἔν τινι χώρῳ τοῦ ὄρους, καὶ παρα-
V 151 θλιβομένων ὥσπερ ὑποπιεζούσης αὐτοὺς τῆς ἐπιθέσεως, πολλοὶ
τῶν μαχίμων ἀφήλαντο ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ ἀποβλέποντος πρὸς
τὸν Νύμφιον· οὐ γὰρ ἀνεφίκτῳ βάθει ἀπῃώρητο ἡ κατάδυσις.
ἔνιοι δ' ἥλωσαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. οἱ δὲ διὰ τῆς ὑπωρείας καὶ
ὄρους τὴν κάθοδον ποιησάμενοι, ἀποδράντες τὸν κίνδυνον, οὐ
D κατ' ἐλπίδας ἐσώζοντο, καὶ διαπεραιωθέντες τὸν Νύμφιον πο-
ταμὸν εἰς τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατοπεδεύουσι σύνταγμα.

Τοῦ δὲ διεληλυθότος ἐνιαυτοῦ, ἦρος ἀκμάζοντος καὶ κα-
τακομῶντος τὴν γῆν, ἐν τῇ ἐγκυκλίῳ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρᾳ τῆς
πόλεως (πρῶτον δὲ τοῦτο ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοκράτορος)
πάθος γῆς ἀνεφοίτησε καὶ μέγιστος σεισμὸς ἐνεδήμησεν, οἷα τῆς
γῆς παρασκιρτώσης ἐκ πυθμένων αὐτῶν. τὸν δὲ λόγον οὐ δίειμι·
τῷ γὰρ Σταγειρίτῃ οὐκ ὀλίγα ἄττα περὶ τούτου πεφιλοσόφηται,
καὶ εἴ τε λέγων πιθανὸς φανεῖται, ἐπαινείσθω τῆς εὐφυΐας, εἰ
δὲ μή, τῷ γε πατρὶ ἀποπεμπέτω περιθάλπειν τὸ δόγμα. τοι-
γαροῦν ἡμέρας κλινούσης ἐδινεῖτο τὸ κέντρον. καὶ ὁ φόβος ἐξαί-
P 25 σιος ἦν, ὡς καὶ τοὺς ἱππομανοῦντας ὑπὸ τοῦ δέους ἀθρόον με-
ταβάλλεσθαι πρὸς τὸ σῶφρον, δίκην παίδων ἐν παιδιᾷ κύβων
ἀφικομένου ἐξαπιναίως τοῦ παιδοτρίβου, τό τε παραπέτασμα τὸ
πρὸ τοῦ γυμνασίου τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων, ὃ δὴ σύνθημα
τῆς ἱλαρίας ἐτύγχανεν ὄν, περιαιρεῖται διὰ τὸν ἀδόκητον κίνδυ-
νον. ἅπαντάς τε συνέβαινε πρὸς τοὺς ἱεροὺς σηκοὺς ἐντεμενίζε-
σθαι, ὀρρωδοῦντας τὸν θάνατον.

montis parte conclusis et coartatis, utpote urgentibus adversariis, multi milites, qua mons Nymphium flumen respicit, quod minor ibi esset altitudo, praecipites desiliebant. alii a barbaris capiebantur. ast qui ad crepidinem montis se praecipitaverant, vitato periculo salvi, quod non sperarant, traiecto fluvio ad Romanum agmen sese recipiebant.

Anno hoc elapso, verna tempestate iam procedente et humum gramine, arbores frondibus induente, encoeniorum seu dedicatae urbis anniversario die, primo adhuc anno postquam Mauricius inivit, passa tellus quod solet, concussu atrocissimo, veluti si ab imis sedibus exiliret, Cpoli quassata est. causam adducere nihil attinet, cum de ea Stagirites pluribus philosophatus sit; quae si cui probabuntur, auctoris ingenium commendet: sin autem, ea dogmata suo sibi parenti placere sinat. igitur sole occumbente ipsum centrum seu media terrae concutiuntur, et immensus timor animos pervadit, ut etiam qui equarum in morem libidinum furiis agitarentur, icti metu repente ad pudicitiam sese darent. non secus quam a pueris in ludo tesserarum, paedotriba necopinato interveniente, ante equestria certamina parapetasma seu velum, hilaritatis eorum signum, propter inexpectatum periculum aufertur. et impendentis formidine exitii templa universi concursabant.

Δεύτερον ἔτος τοῦτο τῆς Μαυρικίου ἡγεμονίας, καὶ ὁ αὐ-
τοκράτωρ χειμῶνος ὥρᾳ ὕπατος ἀναγορεύεται. καὶ περιβὰς τὸν
βασίλειον δίφρον ἐπιφανέστατος ἦν. ἦγον τὸν βασιλέα οὐχ ἵπ-
ποι, οὐχ ἡμίονες, οὐκ ἐλέφαντες· ἄνθρωποι δ' ἄρα, τὸ τι- B
μιώτατον χρῆμα καὶ ὄνομα. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τοῦ δίφρου, κοινω-
νὸν τῶν ἑαυτοῦ θησαυρῶν τὸ ὑπήκοον ἐποιήσατο. οἱ δὲ τοῦ
ἄστεος τῆς βασιλικῆς εὐδαιμονίας μετειληφότες κατεκελάδουν
ὕμνοις τὸν Καίσαρα, χρυσῆς ἀρετῆς οἷα καταλαμπούσης καὶ πε-
ριγανούσης αὐτούς.

Τῷ δ' ἐνισταμένῳ τούτῳ ἐνιαυτῷ, ὁ μὲν Ἰωάννης τὰς A. C. 584
ἡνίας τῆς στρατηγίας ἀφῄρητο, οἷα τοῦ Περσικοῦ ἀνανταγωνί-
στου καθεστῶτος, καίτοι κρείττονα κατὰ τὸν πόλεμον κληρωσα-
μένου ῥοπήν· (13) Φιλιππικὸς δὲ ἀντανίσταται καὶ στρατη- C
γὸς ἀναγορεύεται ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, ἀνὴρ ἐπιδέξιος καὶ βα-
σιλικῆς συγγενείας ἐγγύτατος· γαμέτης γὰρ ἐτύγχανεν ὢν Γορ-
δίας ἀδελφῆς τοῦ αὐτοκράτορος. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς μετὰ
τὴν χειροτονίαν ἐπὶ Μονόκαρτον γενόμενος, τοῦ Ἀϊσουμᾶ ὄρους
πλησίον οὕτω λεγομένου, χάρακα διεγράψατο καὶ ἄνδρας ἐπὶ
στρατείαν ἐνήθροιζε. μετοπώρου τε ἀρχομένου παρὰ τὸν Τί-
γρην αὐλίζεται. καὶ πλείστοις χρησάμενος χάραξιν ἧκεν εἰς χῶ-
ρον Καρχαρωμὰν ὀνομαζόμενον, κἀκεῖ πως ἐνδιατρίψας ἐπύθετο
Καρδαριγὰν τοῦ ὄρους τοῦ Ἰζαλὰ ἐπιβήσεσθαι μέλλειν διὰ τῶν D
ἐχυρωμάτων τῶν Μαϊακαριρί. διά τοι τοῦτο ἀπῆρε τῶν ἐντεῦ-
θεν ὁ στρατηγός, καὶ πεδίῳ προσωμίλησε γειτνιῶντι τῇ Νισίβει,
καὶ στρατοπεδεύσας ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ἀθρόον κατῆρε τῆς Περσί-

Agebatur annus Mauricii secundus, cum hieme consul creatus, conscenso curru imperatorio, summe conspicuus erat; quem non equi, non muli, sed homines, res et nomen honoratissimum, trahebant. curru conscenso civibus amplissimum congiarium dedit, qua de causa illum laudibus extulerant, ut si dies festus aureus illuxisset eosque laetitia perfudisset.

Hoc anno ingrediente Ioannes ducis loco movetur, ut qui Persis, quanquam in maiore belligerandi commoditate, nesciret resistere. (13) in eius locum Philippicus Orientalium dux militum sublegitur, vir dexter imperatorique, cuius sororem Gordiam habebat in matrimonio, necessitudine proximus. qui post adeptam dignitatem Monocartum iuxta montem Aisumam profectus, castris locum describit et delectum agit. auctumno primo apud Tigrim stativa habet, multisque castris inde in locum Carcharomanum appellatum pervenit, ubi aliquamdiu subsistenti affertur Cardariganum Izalam montem propter Maiacariri arcem seu castellum velle conscendere. quare inde movens campos Nisibi vicinos tenet, locoque praecelso tendens crebrius in agrum Persicum descendit,

δος, καὶ πλείστης λείας ἐκράτησεν. οὐ μετὰ πολὺ δὲ γηπόνος ἀνὴρ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἔφοδον τῷ Καρδαριγὰν ἐπεδήλωσεν· ἃ δ' εἶπεν, ἐκεῖνά ἐστιν, αὐτὸν μὲν ἀλᾶσθαι τοῖς ὄρεσιν κεναῖς ἐλπίσι φερόμενον, τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν τὴν Μηδικὴν διατέμνεσθαι χώραν. εἰς τοὐπίσω τοίνυν τοῦ Καρδαριγὰν γενομένου καί πως ἐνέδραν ἐγκαθίσαι τῷ Ῥωμαϊκῷ πειρωμένου, ὁ στρατηγὸς τὰς δυνάμεις συνέλεξε, καὶ πρὸς τὸ ὄρος τὸ Ἰζαλὰ στρατοπεδεύεται, P 26 ἅτε δὴ τῶν τόπων ἀσυλίαν παρεχομένων τοῖς ἐπιβαίνουσι τὴν τε- V 152 λείαν. ἐπεφέρετο προμηθεστάτῃ φρουρᾷ. μετὰ τοῦτο ἦλθεν ἐπὶ τὸν Νύμφιον ποταμόν, οὐκ ἄδοξα τὰ προαύλια ἡγεμονίας ἀπενεγκάμενος. πάλιν δ' αὖ Φιλιππικὸς προσβάλλειν τῇ Μηδικῇ χώρᾳ ἐθάρρησε, καὶ τὰ ὑπὸ Βεαρβαὲς διατέμνεται. τὸ δὲ Περσικὸν ἐπεὶ τούτων ἀκήκοεν, ἐπιτείνει ἵππον τουτῳΐ, καὶ διόλωλε τῆς ἵππου πλείστη ἀπόμοιρα. τοὺς δὲ Ῥωμαίους λόγος τῆς ἀφίξεως τῶν βαρβάρων τὴν συντονίαν θαυμάσαντας τῆς Μηδικῆς χώρας ὑπεξελθεῖν, δίχα τοῦ παντὸς διαιρεθέντος συντάγματος. καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν στρατηγὸν ἧκον ἐπὶ τὸ Σισαρβάνων, B εἶτα ἐπὶ τὸ τοῦ Ῥαβδίος· ὁ δ' ἕτερος ἀποδασμὸς ἀποπλανηθεὶς τὴν ἐπὶ Θεοδοσίου πόλιν ὁδὸν ἄλλως ἐπονεῖτο. ἡ δὲ γῆ ἐκείνου, ἀκοῇ ἴσμεν, ἄνυδρός τε καὶ κάταυχμος, ἄχρι τοῦ Ἀβόρα ποταμοῦ λεγομένου. συμπίπτει γοῦν τοῖς Ῥωμαίοις ἀπαρηγόρητος κίνδυνος· χηρεύουσι γὰρ ὑδάτων ἐς τὸ καρτερόν, οὗ τί ἂν γένοιτο στρατιᾷ χαλεπώτερον; καὶ μέντοι ὠμοτάτην κατὰ τῶν αἰχμαλώτων ἀποσχεδιάζουσι ψῆφον, καὶ πάντας ἀνεῖλον ἄρρενάς

ac praedam plurimam facit. non diu post colonus quidam infestum Romanorum adventum Cardarigano indicans, adiecit ipsum quidem per montes vagari vana spe confisum, Romanos interea Persidem hostiliter depopulari. Cardarigano retrocedente Romanisque insidias moliente, Philippicus collectis copiis ad Izalam montem castrametatur; et quod illa loca accedentes securissimos redderent, velut asylum quoddam perfectum, tutissimae custodiae sese credit. post haec ad Nymphium flumen cum non indecoris muneris sui prooemiis et quasi praeludiis accedit, rursumque in Persidem irruptionem facere et agrum Bearbaësium devastare audet. quod ubi senserunt Persae, cum equitatu in illum contendunt, cuius pars maxima periit. Romanos festinatum barbarorum adventum admiratos Perside excessisse narrant, toto exercitu bifariam diviso. qui cum duce erant, Sisarbanum, inde in Rhabdios regionem veniunt. pars altera cum itinere aberrasset, versus Theodosiopolim ambulando frustra se fatigabat. ferunt tellurem illam usque ad Aboram flumen aestuosam esse et aquis defici; unde Romanis creatum periculum inconsolabile. quid enim exercitui aquarum extrema penuria contingere possit exitiosius? nihilominus crudelissimam statim in captivos sententiam ferunt, et omnes mares feminasque contrucidant: pueros teneram

τε καὶ θηλείας. τοὺς δὲ παῖδας διέσωζον, τὸ ἄωρον τῆς ἡλικίας οἰκτείροντες. ὅμως μετ' οὐ πολὺ κἀκείνους ἡ τῶν ὑδάτων διεχρήσατο σπάνις. Ῥωμαῖοι δὲ μεγάλοις περιπεπτωκότες κακοῖς τῆς Θεοδοσίου πόλεως ἐπιβαίνουσιν.

14. Ὁ δὲ Φιλιππικὸς μεγαλοφρόνως εἰς τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν τῇ Ἀρζανηνῇ χώρᾳ τὸ δόρυ ἐμπέπηχε, καὶ λαμπρὰν καὶ ἀξιολογωτάτην λείαν ἐζώγρησε. C A. C. 585 φήμη δέ τις διέρρει ὡς ὁ στρατηγὸς φιλομαθέστατος ὤν, καὶ πολεμικὰς ἐπιστήμας ἐκ τῶν πάλαι σοφῶν ἀρυσάμενος, ἐκ τῆς Σκιπίωνος τοῦ ἡγεμονικωτάτου ἀγχινοίας τὴν ἐντρέχειαν ταύτην τῆς σοφῆς στρατηγίας περιεβάλετο. ὡς γὰρ οἱ τὰς ἱστορίας καθάπερ ἀγάλματα θεῖά τινα τῷ τεμένει τῆς μνήμης γραφῇ παριδρύσαντες διελέχθησαν, Ἀννίβα D τοῦ Καρχηδονίων στρατηγοῦ τῶν ἀνὰ τὴν Εὐρώπην Ῥωμαίων διατέμνοντος τὴν γῆν, Σκιπίων ὁ πρεσβύτερος τὸν οἴκοι πόλεμον τῇ ἀναβολῇ ἀναθεὶς τῇ Καρχηδονίων χώρᾳ προσπλέκεται, καὶ ἐς μέγα κακοῦ ἐλήλακε τὸ πολέμιον. τὸν δ' Ἀννίβαν τὰς Καρχηδονίων τύχας ἀκηκοότα ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐπαναζεῦξαι, τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων ἐκ τῶν εἰς αὐτὸν συμβεβηκότων δεινῶν παιδευόμενον. καὶ οὗτος ἐδόκει ὁ πρὸς Φιλιππικὸν εἶναι λόγος παράλληλος. οὐκ ἀπὸ δὲ σκοποῦ γέγονεν αὐτῷ ἡ βουλή. P 27 ἔτυχε δὲ τὸν στρατηγὸν κάμνειν τὸ σῶμα μεγίστου νοσήματος αὐτῷ ἐνσκήψαντος. διὸ ἐπὶ τὴν Μαρτυρόπολιν ἀφικνεῖται, ἐπιτρέψας τὸ στράτευμα Στεφάνῳ τῷ ταγματάρχῃ· ὑπασπιστὴς δ' οὗτος ἐγεγόνει Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος. τόν τε Ἀψὶχ τὸν

2. κἀκείνοις P. 22. αὐτοῦ P.

aetatem miserati reservant. veruntamen non multo post illos quoque sitis magnitudo confecit. Romani insignibus exerciti calamitatibus Theodosiopolim deveniunt.

14. Philippicus excelso animo anno deinceps sequenti Arzanenae regioni arma intulit, opulentamque et ad memoriam insignem praedam abstulit. fama tenuit ducem hunc discendi cupidissimum artes bellicas ex veterum scriptorum monumentis hausisse, et ex sollertia Publii Scipionis, belli ducis omnium praestantissimi, hanc sibi sapienter regendi exercitus industriam comparasse. nam ut tradiderunt qui historias scribendo in mentibus nostris tanquam divina quaedam simulacra in sacris aedibus collocarunt, Scipio, is qui primus Africanus est appellatus, bello cum Poenis in Italia intermisso Carthaginensium fines invasit, nec qualibuscunque cladibus hostes mactavit. Annibalem ubi de afflictis patriae fortunis audisset, domum revertisse atque ita rerum mutabilitatem e suis casibus didicisse. haec de Philippico omnium iactata sermonibus iis respondere videbantur, quae de Scipione annalium monumentis commendata leguntur. sed enim non processit consilium: morbo quippe correptus difficillimo, Stephano tribuno, Tiberii Augusti quondam satelliti,

*Οὖννον τῶν ὅλων ὑποστράτηγον ἐχειροτόνησε τάξεων. οὕτω μὲν
οὖν ὁ στρατηγὸς ὑπὸ τῆς νόσου ἀπόμαχος ἦν, ὁ δὲ Καρδαριγὰν
τὴν ὅλην ἀναλαβόμενος δύναμιν τῇ ἔναγχος Τιβερίου πόλει
προσαγορευθείσῃ προσέβαλλεν, ἥτις Μονόκαρτον πάλαι ὠνόμα-
στο. ταύτης ὁ στρατηγὸς τῷ παρῳχηκότι ἐνιαυτῷ γεγηρακότα
B τὰ τείχη ἀνέρρωσε καὶ προμηθείᾳ τοῦ μέλλοντος ὠχυρεύσατο.
ἐπιστὰς δὲ τῷ πολίσματι ὁ Περσῶν στρατηγὸς οὐχ οἷός τε ἦν
παραστήσασθαι τοῦτο. τοιγάρτοι εἰσήρρησεν ἐπὶ τὰ προάστεια
τῆς Μαρτυροπόλεως, καὶ τὸν Ἰωάννου τοῦ προφήτου κατενε-
πίμπρα νεών, ὡς ἀπὸ σημείων δυοκαίδεκα ὄντα τῆς πόλεως κατὰ
τὸν ἑσπέριον κρόταφον. ἔνθα δὴ καὶ φροντιστήριον ἐτύγχανεν
ὂν ἀνδρῶν φιλοσόφων τὸν βίον. μοναχοὶ δὲ ἄρα οὗτοι κατονο-
μάζονται, οἷς ἔργον προεκδημῆσαι τοῦ σώματος καὶ ζῶντας τε-
θνάναι καὶ σώφρονι μανίᾳ τινὶ μεταφοιτᾶν πρὸς τὰ κρείττονα.
V 153 ἀνέσεισε δὲ καὶ τοῦτο ἐκ βάθρων ὁ βάρβαρος. τῇ δ' ἐπιούσῃ
C ἄρας ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν Ζόρβαδον χωρίον ἐφοίτησε, καὶ τοῖς ἀμφ'
αὐτὸν διετάξατο μηδαμῶς τοῦ χάρακος ἀπολείπεσθαι. ὀγδόῃ
δ' ἡμέρᾳ ἐς τὰ οἴκοι κατῆρεν. ἐδόκει δέ που καὶ αὐτὸν ληστρι-
κώτερον τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπιβήσεσθαι καὶ τὴν αὐτὴν Ῥωμαίοις
ἀπενέγκασθαι δόξαν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῆς νόσου ἀπήλλακτο καὶ
χάρακα διελύσατο (χειμῶνος γὰρ ὥρα ἤδη που παρεφαίνετο)
καὶ τὸν βασιλέα ἀσπασόμενος ἐς Βυζάντιον ἧκεν.
A. C. 586. Ἦρος δὲ παρανίσχοντος καὶ ἀλέας ἐπιφοιτώσης τῇ γῇ, Φι-
D λιππικὸς τῆς βασιλίδος ἐξεδήμησε πόλεως. (15) ἐπεὶ δὲ τῆς*

copias committit, Apsichum Hunnum totius exercitus hypostrategum seu minorem ducem legatumve instituit, et Martyropolim concedit. sic Philippicus adversa valetudine compulsus ab armis se removit. Cardariganus cum copiis, quantae erant, Tiberiopolim olim Monocartum appellatam aggreditur; cuius moenia vetustate ruinosa Philippicus anno praeterito instauraverat, futurique providus eam communiverat. Persa quod urbem subigere nequiret, in vicina Martyropolis irruens, Ioannis prophetae ac praecursoris aedem ab oppido versus occasum duodecimo lapide distantem incendit, et quod ibi erat phrontisterium virorum in vita sancte agunda philosophantium (qui monachi dicuntur, quorum opus et labor est ante tempus secedere a corpore, et adhuc viventes emori, et sobria quadam insania ad meliora eniti), hoc, inquam, phrontisterium barbarus ab imo evertit. sequenti lumine inde proficiscens Zorbandum oppidulum attigit, suisque edixit ne ullo modo a castris abessent. octavo die domum advenit, apparebatque maioribus latrociniis Romanos invasurum eorumque gloriae parem relaturum. Philippicus e morbo recreatus militibus hieme iam appetente missionem dedit, imperatoremque salutaturus Byzantium venit, ac vere postea incipiente et tepore suo arvorum sinus laxante denuo ex urbe imperante discessit. (15) ubi Amidam in-

Ἀμιδῆς ἐπέβη, πρεσβεύουσι Πέρσαι ἐνδόξως πως καταθέσθαι τὸν πόλεμον· προσέταττον γὰρ Ῥωμαίοις χρήμασι τὰς σπονδὰς σφετερίζεσθαι, Μεβόδην τὸν σατράπην ὡς τὸν στρατηγὸν ἀποστείλαντες. καὶ οὖν ἧκε Μεβόδης ὁ Πέρσης παρὰ τοὺς Ῥωμαίους. καὶ ὁ στρατηγὸς ἐκκλησίαν ἐκάθισεν, ὡς ἑαυτὸν συγκαλεσάμενος τοὺς ταγματάρχας καὶ λοχαγοὺς καὶ ὑπασπιστὰς καὶ τῆς μαχίμου δυνάμεως τὸ ἐμφανέστερον. ὁπηνίκα δὲ ὁ σύλλογος ἐπεπλήρωτο, ὁ Πέρσης τῶνδε τῶν λόγων ἀπήρξατο.

"Ἄνδρες πολέμιοι, μὴ ταραττέτω δὲ τοὺς ἀκούοντας τοῦ πρεσβευτοῦ τὸ προοίμιον· εἰ γὰρ τὰς γνώμας ἀμείψητε, μεταλλάξω κἀγὼ τὴν προσφώνησιν. ὁπλίσατε τὴν εἰρήνην, ἀποχειροτονοῦντες P 28 τὸν πόλεμον. δόρυ καὶ ξίφος ὡς γεγηρακότα χαιρέτωσαν. καὶ στρατεύσατε σύριγγα, πρᾶον ὁμοῦ καὶ ποιμενικὸν περιλαλοῦσαν τερέτισμα. ὁ Περσῶν βασιλεὺς τῆς εἰρήνης ἐστὶν ἐραστής, καὶ σεμνύνεται ἀπεκδυόμενος πρῶτος τὸν πόλεμον· βασιλικὸν γὰρ ἡ τῆς εἰρήνης ἀρέσκεια, ὡς καὶ τυράννων ἴδιον τὸ φιλόνεικον. ἄνδρες τῶν αὐτῶν παθημάτων ἡμῖν κοινωνοί, μεινάτω τῶν πάντων ὁ πόλεμος μόνος ἀκόρεστος. αἵματι τὴν γῆν ἐπιάναμεν, πολλάκις τὸν θάνατον ἱστορήσαμεν· ζωγράφος γὰρ τοῦ θανάτου ὁ πόλεμος, ἐγὼ δέ φημι, καὶ ἀρχέτυπος, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν ἀρχηγέτης καὶ διδάσκαλος αὐτοδίδακτος. χρημάτων ἐρᾷ τις; ἀλλὰ πλούτῳ καὶ πενίᾳ γεγόναμεν παίγνιον, B ποτὲ κρατοῦντες ποτὲ δὲ κρατούμενοι, καὶ συμμεταβαλλόμενοι

8. τῶνδε τῶν Exc. τῶν αὐτῶν IP. 11. τὴν Exc. νῦν IP.
19. ἐμιάναμεν Exc. 20. ἀρχέτυπον Exc.

travit, Persae pro bello consopiendo et foedere pecunia a se redimendo ornatissimam ad Romanos legationem mittunt. mittunt autem Mebodum satrapam. dux Romanus coactis ordinum praefectis, centurionibus, satellitibus, et quicquid erat in exercitu illustrius, consessum celebrat. pleno iam conventu Persa super iis rebus ita exorsus est.

"Viri hostes (ne vos, quaeso, conturbet hoc orationis meae initium: nam si vos sententiam, ego appellationem facile mutabo) pacem colite, bellum tollite. gladius et hasta velut senio confecta valeant. fistula in posterum, leve et pastoritium sonante ludicrum, militate. Persarum rex pacis est amans, et se priorem bello nuntium remittere gloriae sibi ducit: regia enim res est pacis studium, contra res tyrannica certamen et discordia. viri iisdem quibus nos affectionibus obnoxii, tollatur bellum, quod solum natura sua est insatiabile. sanguine campos pinguefecimus, mortem saepe vidimus: pictura enim mortis bellum est. ego vero etiam archetypon dixerim, humanarumque miseriarum auctorem et magistrum sine magistro. pecuniam quis amat? atqui divitiis et paupertati bello ludibrium evadimus, alias victores, alias victi; et una cum eius mutabi-

ταῖς τοῦ πολέμου τροπαῖς ἀΐδιον ὥσπερ τὴν μεταβολὴν ἐκαρπούμεθα. ἐκόμα τις τῶν ἀριστέων χρυσῷ; μετὰ τῆς ἡδονῆς τὴν ἀπιστίαν ἐκέκτητο· τί γὰρ ἀπιστότερον ἐν πολέμῳ χρημάτων ἀμέσως μετατιθεμένων ἐς ἄλλον καὶ πάλιν ἐξ ἐκείνου εἰς ἕτερον, ὡς ἐγρηγορότα βλέπειν ἐνύπνιον τὸν κτησάμενον, ἢ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἔναγχος μεμνῆσθαι κραιπάλης; ὑμεῖς, ὦ Ῥωμαῖοι, πάλαι τὴν παρρησίαν τῷ πολέμῳ δεδώκατε· ὑμεῖς καὶ τῆς εἰρήνης γί-
C νεσθε μαθηταί. ἐπικηρυκευομένων Περσῶν τὸν φιλόδακρυν ἀποσείσασθε πόλεμον· οἷς γὰρ τῆς ἁμαρτίας ἡ ἔναρξις, τούτοις καὶ τῆς ἐπανορθώσεως ὁ μετάμελός ἐστιν ἁρμόδιος. μὴ γινέσθω θράσος ὑμῖν ταῦτα τὰ φιλάνθρωπα ῥήματα. οὐ γὰρ περιδεὴς γεγονὼς ὁ Περσῶν βασιλεὺς χθές που καὶ τρίτην, ὅτε τῆς Μηδικῆς τὸ Ῥωμαϊκὸν κατετόλμησε γῆς, τὴν συμπλοκὴν ἀπαναίνεται. χρυσῷ γὰρ πολλῷ καὶ δώροις λαμπροῖς πρίασθαι Ῥωμαίοις τὰς σπονδὰς ἐγκελεύεται. οὐ γὰρ νηποινὶ καταθέσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας θέμις τὸν πόλεμον· ἱκανὴ γὰρ ἡ ἔκτισις καὶ Περσικὸν κατευνάσαι θυμὸν καὶ θράσος περιστεῖλαι Ῥωμαίων, πολεμικῆς ὀρεγόμενον σάλπιγγος."

D Ἔτι τοίνυν παρατείνοντος τὸν λόγον τοῦ πρέσβεως Ῥωμαῖοι κατεχειροτόνουν συρίττοντες, καὶ ταραχὴν ταῖς βοαῖς ἐνεποίουν
V 154 ὥσπερ δεινοπαθοῦντες ἐπὶ τοῖς ῥήμασι τοῦ βαρβάρου τοῦ Πέρσου· ἐδόκουν γὰρ καὶ Ῥωμαῖοι μεγαλαυχεῖν ἐπὶ τοῖς ἔναγχος γε-

4. ἐς Exc. ἐπ' IP. 9. ἀποσείσασθαι Exc. 10. γενέσθω Exc.

litate mutati perpetuam quodammodo mutationem perpetimur. potentiorum quispiam auri copia sibi plaudit? habet cum voluptate simul diffidentiae materiam. quid enim belli tempore magis infidum pecunia? citra discrimen ad alium, iterumque ab illo ad alium transfertur, ut possessor eius vigilans somniet aut tanquam hesternae crapulae recordetur. vos Romani pridem bello licentiam occasionemque dedistis: iidem nunc discipuli pacis estote, Persis eam docentibus ac promulgantibus. bellum lacrimarum seminarium aversamini: a quibus enim peccandi factum est initium, hos poenitere quoque convenit. ne verba isthaec humanitate condita confidentiam vobis pariant: nec enim Persarum rex heri et nudius tertius, cum Romani Persidem confidentius incursarent, perquam meticulosus effectus praelia detrectat. tantum abest a timore, ut auro multo donisque insignibus ad foedus ab se emendum vos hortetur: non enim debent gratis bello solvi qui peccaverunt. potest autem ista auri persolutio placare etiam iracundiam Persicam, insolentiamque Romanorum cantus Martii cupidam comprimere."

Cum legatus ultra proveheretur, Romani consensu abnuunt, sibilis perstrepunt, et quasi barbari vocibus gravi iniuria laesi, confuse clamorem tollunt: statuebant enim sibi quoque sua iactare licere, quae ab

γενημένοις, ὡς εἰσέδυσαν εἰς τὴν Περσῶν πολιτείαν, ὡς λείας ἐκράτησαν, ὡς τὸν Καρδαριγὰν ἐφενάκισαν. ὁ δὲ στρατηγὸς τὴν ἐκκλησίαν διέλυσε, καὶ ὁ Πέρσης οὐκ ἐπέθηκε τέλος τοῖς ῥήμασιν. ὀλίγαι τοίνυν ἡμέραι διῳχήκασι, καὶ ὁ τῆς Νισίβιδος τῆς ἱερατικῆς προλάμπων τιμῆς ὡς τὸν στρατηγὸν ἀφικνεῖται, τὰ αὐτὰ τῷ Μεβόδῃ ῥήματα εἰς μέσον τιθέμενος. τὸ τηνικαῦτα τοιγαροῦν ὁ στρατηγὸς τοὺς Περσῶν λόγους δι' ἐπιστολέως ἐς βασιλέα παρέπεμψε. βασιλεὺς δὲ τὰς τοῦ στρατηγοῦ ἱστορήσας P 29
κεραίας βασιλικοῖς παραυτίκα ἀνεῖλε προστάγμασι, τὸν Φιλιππικὸν ἐγκελευσάμενος τὰς αἰσχίστας ταύτας σπονδὰς ἀποπέμπεσθαι ὡς ἀπᾳδούσας Ῥωμαϊκῆς μεγαλειότητος. καὶ μέντοι ὁ στρατηγὸς τὰς αὐτοκρατορικὰς δέλτους περιπτυξάμενος ἐπὶ τὸν Μαμβραθὼν στρατοπεδεύεται. οὕτω μὲν οὖν ἐσφρίγα ὁ πόλεμος. ὁ δὲ στρατίαρχος συναγείρας τὸ ὁπλιτικὸν ἐπυνθάνετο εἰ τὰς ψυχὰς ἀρρενικῷ τινὶ ἔρωτι ἐπιφέρονται πρὸς παράταξιν. ἐπεὶ δὲ κατένευον αἱ δυνάμεις συνθήκαις τε ὅρκων τὰς ἐλπίδας ἐκύρουν, μεταστὰς ἐντεῦθεν ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὸ Βίβας παραγίνεται, ἔνθα ὁ ποταμὸς παραρρεῖ τοῦ Ἀρζάμων.

initio patravissent, quod in Persarum fines irrupissent, quod eos depraedati essent, quod Cardariganum ludos fecissent. Philippicus igitur conventum dimisit, Persa interim non tacente. pauci interfluxerunt dies, cum Nisibis episcopus ad ducem Romanum accedens eadem quae Mebodus disserit. tum Philippicus verba Persae litteris consignata ad imperatorem perferenda curat. quibus lectis imperator confestim respondet, iubetque uti huiusmodi foedus turpissimum, Romana maiestate alienum respuat. accepta hac epistola Philippicus Mambrathonem ducit. sic igitur bellum denuo tumescere. cum advocata militum concione quaereret, ecquid desiderio quodam masculo divinitus perciti ad pugnam anhelarent, illis annuentibus et iureiurando spem eius confirmantibus movens inde, Bibas, ubi Arzamon fluvius praeterlabitur, iter contulit.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ Β'.

THEOPHYLACTI

HISTORIARUM

LIBER II.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) Izalae montis descriptio; et cur dux Romanus eo se transtulerit. (2) Cardarigani fastus. magos consulit: victoria promittitur: in Romanos itur. Romani hostes explorant. (3) acierum utrinque dispositio. Philippicus sacram salvatoris effigiem circumferens animorum incredibile robur militibus addit, cohortationem adiungit. pro victoria deo cum lacrimis supplicatur. rogatur dux uti secedat. de incertis belli locus communis. locus pugnae, et illi vicina patria virorum illustrium. (4) Romani victores spolia legunt invito duce. eius strategema. Persarum fuga. caedes utrinqve plurima. vox divina ad Romanos. Persae fugientes in colle obsidentur. (5) Stephanus de Persis fugitivis non deletis se purgat. conflictus apud castra. Cardarigani infaustum strategema. a Darenis excluditur cum conviciis. in castris Romanorum falsus rumor. (6) miles Romanus quadruplici vulnere saucius in castra portatur, fortique animo emoritur. donativum datur militibus. vulnerati in urbes proximas et castella ad curationem dimittuntur. Romanus Persidem incursat. (7) Arzanenam Romani vastant. incolae sub terram se abdunt; a captivis produntur; resono pulsu explorantur et educuntur. Chlomarum castellum Romani obsident. duces Arzaneni duo ad eos transeunt; locum castello excitando ostendunt. (8) Cardariganus cum manu bellandi imperita in Romanos sese agit. Heraclius cum comitatu suo absque armis speculatum egressus periculum evadit. Philippicus militem dispersum ad resistendum hostibus recolligit. Zabertas Persa suis ad locum munitum praeit. de media valle seu fossa inter Romanos et Persas, et horum clandestino discessu. Chlomari obsidione

Romani abstinent. (9) *Philippicus inconsiderate fugit. timor, tumultus, angor in castris. militum fuga nocturna, et misera. Aphumos petunt: ibi ducem fugitivum dicteriis lacessunt. Persae eos lento passu insequuntur; in extremos iaculantur. mula lecticaria ducis feritur. Theodorus neglectae custodiae accusatur. dux redit, castella apud Izalam reficit, Heraclio exercitum tradit, moestus a bello vacat.* (10) *Tigris fluvius describitur. gesta Heraclii ducis in Perside ad meridiem. missio militum in hiberna. morbus Philippici, et exercitus ad Persas denuo vexandos divisio. res contra Abaros feliciter et cum gloria administrata. Chaganus fugae beneficio servatus.* (11) *Comentiolus fidei violatae timiditatisque reprehenditur. montis Aemi luculenta descriptio. hostium transitus investigatur. Castus fortuna prospera elatus Comentiolum deserit, in calamitatem incidit.* (12) *agmen Casti timore perculsum dissipatur. capti de Romanis atrocissime pulsantur. Castus et cum eo multi in potestatem veniunt. Abares in Thraciam vastabundi sese infundunt. Ansimuthus peditatus Thracii praefectus capitur. consultatio Comentioli cum primoribus, et ad constanter dimicandum cohortatio.* (13) *chiliarchi oratio de hostibus non invadendis, a paucitate militum, ab accepta recens calamitate. huic suasori senex miles adversatur constantissime, et lacrimans audientiam rogat.* (14) *oratio senis, qua sententia chiliarchi ut timida et ignava refellitur et Abares armis appetendos consulitur; ipsius hostis, Romanorumque veterum exempla assumuntur, et sententiosa cohortatio adiungitur.* (15) *persuadet senex: arma capiuntur, in hostem gradiuntur. ex falso terrore clamor totum exercitum disturbat. fugit etiam Chaganus. Abarum complures obtruncantur. Chaganus Apperiam castellum adoritur.* (16) *Busa miles fortissimus venationi intentus capitur, et a suis nec precibus nec lacrimis lytrum impetrat. docet Abaros fabricare machinam expugnatoriam; cuius adactu prostratis moenibus oppido potiuntur. Beroen irrito conatu Chaganus oppugnat, incolis strenue resistentibus; qui tandem non grandi pecunia obsidionem redimunt.* (17) *Chaganus a Diocletianopoli, Philippopoli et Adrianopoli repellitur. imperatori a plebeiis quibusdam propter Castum et Ansimuthum a barbaris captos maledicitur. Ioannes Mystaco Adrianopolim missus hostes per hypostrategum vincit. palabundi fugiunt. moderatio ducis in victoria.* (18) *Heraclius castrum Persicum oppugnat acerrime. incolarum in sese defendendis industria. ipsum et Mazarorum praeterea occupantur. Theodorus ab agricolis ad Beiudaes oppidulum invitatur. infestissime oppugnatum Saperii militis singulari eximiaque virtute capitur.*

---

1. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν χάρακα μετέβαλλεν εἰς τὰ παρύψηλα P 32 C
τοῦ πεδίου, κατὰ τοὺς πρόποδας τοῦ ὄρους ἐν ἀριστερᾷ τοῦ V 156
Ἰζαλᾶ πεποιηκώς. τὸ δὲ ὄρος ὁ Ἰζαλᾶς πολυτοκώτατον· οἰνοφόρον γάρ, καὶ ἄλλα γένη μυρία καρπῶν ἐπιφέρεται. πολυανθρωπότατόν τε τὸ ὄρος, καὶ οἰκήτορες αὐτῷ ἄνδρες ἀγαθοί.

1. Postridie ad editiora campi et radices Izalae montis, ad laevam castra constituit. est autem mons hic fertilissimus, siquidem praeter vinum fructuum genera effert innumera. eius accolae frequentissimi et boni viri, hostium non procul inde habitantium incursionibus et vexatio-

ἐπίμαχόν τε τὸ ὄρος ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἀμφίβολον· οὐ πόρρω
γὰρ ἀπῴκισται τὸ πολέμιον. τούτους τι μεθιστάναι τῆς φιλονεί-
κου χώρας οὐκ ἂν πείσαις οὔτε ἀπειλῶν οὔτε θωπεύων, καίτοι
πολλάκις τῶν ὁμόρων Περσῶν ὑποτεμνομένων τὴν αὐτῶν γῆν καὶ
D ληϊζομένων. τοῦτο δὴ τὸ ὄρος ὁ Ἰζαλᾶς ἕτερον παραμείβεται
ὄρος, προσαγορευόμενον Ἀΐσουμᾶς. τὸ δ' Ἀΐσουμᾶς ὥσπερ
ἀκρώρειά τίς ἐστι, καὶ ἐς μέγιστον ὕψος ἐκτείνεται, καὶ ἐκ τοῦ
μετεώρου δύο καθέρπουσι πρόποδες. ἐκ δὲ τούτων ὁ Ἰζαλᾶς
τὴν πρόοδον ἐπιφέρεται, καὶ αὐτὸς ἀπαρχόμενος κάτωθεν εἰς
ὕψος, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀνακύπτων, ταῖς ἐπιδόσεσιν ἐκτανύσας
τὸν αὐχένα, μέχρι τοῦ Τίγριδος γίνεται ποταμοῦ. καὶ ἂν τῷ
Ἑῴῳ ἢ Καυκάσῳ συνήπτετο, εἰ μὴ δημιουργικαὶ φροντίδες τινὲς
τὴν διάκρισιν ἐποιήσαντο. ἐνταῦθα τὸ μάχιμον ὁ στρατηγὸς
ἐνωρμίσατο, διανοούμενος ὡς ἐκ τοῦ Περσικοῦ ποταμοῦ τοῦ
Βουρῶν μέχρι τοῦ Ἀρζαμῶν ὕδωρ οὐκ ἔνεστι, καὶ δυοῖν θάτερον
P 33 ἀνάγκη τὸ πολέμιον ἑλέσθαι· ἢ γὰρ ἀτρεμήσει, τὴν οἴκοι φρου-
ρὰν ἀσπασάμενος, ἢ ἔμπαλιν Λατίνοις ἐπικεῖσθαι πειρώμενον
μαλακισθήσεται τῷ πόνῳ καὶ τῷ δίψει, ἥ τε ἵππος διολεῖται ὡς
τάχιστα, τῆς Ῥωμαίων μὴ συγχωρούσης δυνάμεως ἐκ τοῦ ποτα-
μοῦ τοῦ Ἀρζαμῶν ὕδωρ τοὺς βαρβάρους ἀρύσασθαι. τρίτη δ'
ἡμέρα, καὶ τὸ Περσικὸν ἐπέπυστο σύνταγμα ὡς οἱ Ῥωμαῖοι ἀνὰ
B τὸ Ἀρζαμῶν διατρίβουσιν. (2) Ὁ δὲ Καρδαριγὰν εἰς τοσοῦτον
ἐληλάκει φρυάγματος ὡς γέλωτα τῶν ἀγγελλόντων καταχέειν πλα-
τὺν ὡς περὶ φληνάφου τοῦ πράγματος. ὡς δὲ τὰ τοῦ λόγου τὸ

nibus etiam atque etiam obnoxii. quibus, quanquam Persae vicini eorum, ut dicebamus, saepenumero depopulationem vastitatemque important, tamen ut sedes hasce illis invidiosas mutent alioque commigrent, nunquam vel minando vel blandiendo persuaseris. porro mons hic alium montem Aisumas appellatum praecedit. Aisumas iste velut cacumen seu iugum quoddam est, et in coelum minatur. ex eo duo pedes procurrunt, e quibus Izalas prodit, et ipse ab imo in altum assurgens, paulatimque maioribus incrementis sursum tendens dorsum ad Tigrim usque porrigit, atque ad Eoum sive Caucasum pertineret, nisi artificum excellentium cura laborque discrimen invenisset. hoc igitur in loco dux castra posuit, ita secum ratiocinatus, a Persico flumine Burone usque ad Arzamonem nullas esse aquarum scaturigines, et ad alterum horum hostes necessario venturos: aut enim otium acturos, sat habentes tueri domestica; aut si rursus instare premereque Latinos sive Romanos conentur, siti et laboribus enervatum iri, equitatumque periturum celerrime, Romanis barbaros Arzamonis fluvii aquatione prohibentibus. tertio die Persae Romanos ad Arzamonem considere compererunt. (2) Cardarigas autem eo insolentiae processit, ut ad huius rei nuntios tanquam nugas rideret effusissime. sed ubi aures militum iisdem nuntiis manifestius cir-

Περσικὸν περιεβόμβου τρανέστερον, παρεδριμύττετο τὸ πολέμιον. ὁ δὲ σατράπης τοὺς θεραπευτὰς τῶν μαγγανευμάτων διηρώτα, καὶ παρὰ τῶν μάγων ἠξίου ἴχνη πυθέσθαι προρρήσεως, τάς τε πνεύματι Πύθωνος ἐνθουσιώσας καὶ φαντασίαν κυήσεως παρεχομένας τῇ τοῦ δαιμονίου περιφορᾷ ἠξίου τὸ ἐσόμενον προαγορεῦσαι. οἱ δὲ τῶν δαιμονίων κάτοχοι ἔφασκον τὴν νίκην Μήδοις παρέπεσθαι, καὶ κατὰ τὴν ἔκταξιν Πέρσας ἀποίσεσθαι ἅμα C τὴν Περσίδα, τὴν τύχην ἀμείψαντας. τὸ μὲν οὖν Περσικὸν διερρώννυτο ταῖς προρρήσεσιν ὥσπερ γαυρούμενον. ἀπάραντες τοίνυν ἐκ τοῦ Βουρῶν ποταμοῦ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐφέροντο. εἶτα πλήθη καμήλων ἐπέσαξαν ἀσκοὺς ἐπιφορτίσαντες ὕδατος, ἵνα μὴ τῆς τῶν ὑδάτων ἀπορήσαντας φύσεως Ῥωμαῖοι ῥᾳδίως αὐτοὺς κατεργάσωνται. τοσοῦτον δ' εὐπραγίας ἐλπίσιν ἐφήπτοντο, ὡς καὶ πέδας, τοῦτο μὲν ἐκ ξύλων τοῦτο δ' ἐκ σιδήρου διειργασμένας, καὶ μάλα γε πολλὰς προσεφέροντο. ὁ δὲ στρατηγὸς τῷ Ῥωμαϊκῷ παρενεγγύα τῶν γεωργικῶν ἱδρώτων ἀπέχεσθαι, φειδοῖ τῆς ἀγροικίας ταῦτα ὑποτιθέμενος. τῇ οὖν ἐπιούσῃ D ἄνδρας λογάδας ἐπὶ κατασκοπῇ τοῦ πολεμίου ἐξήρτισεν, Σεργίῳ V 157 τε τῷ λοχαγῷ ἀνατέθεικεν, ᾧ ἡ τοῦ Μάρδιος φρουρὰ ἐγκεχείριστο, τόν τε Ὤγυρον καὶ Ζώγομον· φύλαρχοι δ' οὗτοι τῆς συμμάχου τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως, οὓς Σαρακηνοὺς εἴθιστο Λατίνοις ἀποκαλεῖν. οἱ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἀποσταλέντες τινὰς τῆς βαρβαρικῆς πληθύος ὑποθηράσαντες στρεβλώσαντές τε διέγνωσαν ὡς ὁ Καρδαριγὰν στρατοπεδεύεται ἔνθα καὶ πρότερον. ἑβδόμη δ' αὕτη ἡμέρα ἐτύγχανε τοῦ κυκλικοῦ τῆς ἑβδομάδος βα-

cumsonuerunt et eos indolescere apparuit, ariolos percunctatus ab illis futurorum vestigia progressumque discere cupit. Pythonissas item et circumferendo in utero daemone praegnantium similes vaticinari postulat. illi afflatu Stygio Persis ex conflictu victoriam de Romanis fortunamque ex adversa secundam pollicentur. quibus praedictionibus Persae erigebant animos et se beatos numerabant. ergo a Burone discedentes in Romanos vadunt, magnamque camelorum multitudinem utribus aqua repletis onerant, ne ea destitutos Romani facile interimerent. adeo autem felicis spe successus gestiebant, ut etiam compedes partim ligneas partim ferreas, et quidem multas admodum, captivis inducendas secum portarent. dux Romanus agrestium tenuitati consultum cupiens cohortabatur suos uti eorum sudoribus diripiendis temperarent. die igitur proxime sequenti certos quosdam per Sergium ducem manipularem, cui Maridis custodia concredita erat, ad hostem speculandum, nempe Ogyrum et Zogomum, auxiliariae manus Saracenorum, ut Latinis vocantur, tribunos, deligit. hi a duce missi ex agmine barbarorum quosdam intercipiunt, e quibus in quaestionem datis Cardariganum castra priore loco habere cognoscunt. erat is dierum hebdomadis in orbem redeuntium septimus, qui a Mose

δίσματος· Σάββατον δὲ τοῦτο τῷ ἱεροφάντῃ Μωσεῖ κατωνόμα-
σται. ἐπεὶ δὲ τῷ Ῥωμαϊκῷ ταῦτα ἀνηγγέλθη συντάγματι, εἰς
τὸν στρατηγὸν ὑπόνοιά τις εἰσέρχεται ὡς τῇ ἐπιούσῃ ἀποπειρα-
P 34 θήσεται τὸ πολέμιον ἐπιτίθεσθαι, οἷα τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τὴν ἡμέ-
ραν γεραίροντος πόνων ἀναπαύλῃ, αἰδοῖ τοῦ σεβάσματος. τῇ
δ' εἰσαύριον ἧκον οἱ κατοπτεύοντες, καὶ τῷ στρατηγῷ διαγγέλ-
B λουσι τὰ Περσικὰ πλησιάζειν στρατεύματα. (3) ὁ μὲν οὖν
Φιλιππικὸς τὸ Ῥωμαϊκὸν διεκόσμησε, καὶ τριτταῖς κεραίαις τὸν
μάχιμον διετάξατο. καὶ τὴν μὲν κεραίαν τὴν εὐώνυμον τῷ Ἰλι-
φρεδᾷ ἐπέτρεπεν· ἄρχων δ' οὗτος ἦν τῆς Ἐμέσης. ναὶ μὴν καὶ
Ἀψὶχ ὁ Οὖννος τὴν αὐτὴν περιεβάλετο δύναμιν. τὴν δὲ τοῦ δε-
ξιοῦ Βιτάλιος ὁ ταξιάρχης. ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ μεσαίτατον ἀνε-
λάμβανε κέρας, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου πατὴρ
τοῦ αὐτοκράτορος. διετάχθη δὲ καὶ τὸ Περσικὸν οὑτωσί. ἐπὶ
μὲν τοῦ δεξιοῦ λόφου Μεβόδης ὁ Πέρσης, ἐπὶ δὲ τῇ ἀριστερᾷ
λόφῃ Ἀφραάτης, ἀδελφιδοῦς εἶναι λεγόμενος Καρδαριγὰν τοῦ
C σατράπου. τὴν δὲ μέσην ἀπόμοιραν αὐτὸς ὁ Καρδαριγὰν ἐκε-
κλήρωτο. ἐπεὶ δὲ τὸ πολέμιον παρεφαίνετο καὶ ἦν κόνις πολλή,
Φιλιππικὸς τὸ θεανδρικὸν ἐπεφέρετο εἴκασμα, ὃ λόγος ἔκαθεν
καὶ εἰς τὰ νῦν διηχεῖ θείαν ἐπιστήμην μορφῶσαι, οὐχ ὑφάντου
χεῖρας τεκτήνασθαι ἢ ζωγράφου μηλιάδα ποικῖλαι. διά τοι τοῦτο
καὶ ἀχειροποίητος παρὰ Ῥωμαίοις καθυμνεῖται, καὶ τῶν ἱερο-
θέων πρεσβειῶν ἠξίωται· ἀρχέτυπον γὰρ ἐκεῖνο θρησκεύουσι Ῥω-
μαῖοί τι ἄρρητον. ταὐτὸ ὁ στρατηγὸς τῶν σεβασμίων περιπέ-

15. immo λόχον. cf. P. p. 44 D.

sacrorum doctore sabbatum nominatur. quod ubi Romani resciverunt, suspicio ducem incessit hostes die crastina ipsis invadendis fortunam experturos, Romanis propter diei dominici venerationem et numinis eo colendi reverentiam ferias acturis. altero die speculatores redeunt, deque Persarum adventu ducem certiorem faciunt. (3) Philippicus igitur suos in aciem tripartitam digerit: sinistram Iliphredae Emesae praefecto committit. eadem in parte Apsichus Hunnus curat. dextrae Vitalis centurio praeficitur: mediam dux ipse, Heraclius Heraclii imperatoris parens, sibi deposcit. simili forma Persicae catervae componuntur. et dextras quidem Mebodus accipit, laevas Aphraates Cardarigani satrapae ex sorore nepos; medias Cardariganus ipse sortitur. ubi hostes appropinquare pulverea nubes indicio fuit, Philippicus dei hominisque (Iesu Christi) effigiem circumfert. iam olim fama emanavit et usque hodie durat, eam effigiem non texentis manu comparatam aut pictoris arte coloribusque variatam, sed divinitus efformatam esse. quocirca apud Romanos ut *ἀχειροποίητος*, id est non hominis manu confecta celebratur, et sacris divinisque honoribus colitur. habent enim archetypum Romani, et ut sacrosanctum quiddam venerantur. hanc effigiem sacra veste nu-

πλων γυμνώσας, τὰς τάξεις ὑπέτρεχε, κρείττονος καὶ ἀνανταγωνίστου θράσους ἐντεῦθεν μεταδιδοὺς τῷ στρατεύματι. εἶτα παρελθὼν τῆς πληθύος εἰς μέσον, τῇ ἐπιρροίᾳ τῶν δακρύων ὑπὸ [D] τῆς χύσεως τῆς ἀγωνίας βλύζων ἀέναον, τοῖς παρακλητικοῖς ῥήμασιν ἐκέχρητο παρὰ τὸ στράτευμα. καὶ ἦν ἱκανὴ τῶν λόγων ἡ φύσις τῶν μὲν σπουδαίων τὰς ὁρμὰς ἐπιτεῖναι, τῶν δὲ ῥαθύμων καὶ νωθρῶν διεγεῖραι τὸ πρόθυμον. καὶ δὴ τὸ παρορμητικὸν μέλος αἱ σάλπιγγες ἤχησαν, ἐπεὶ δὲ περιελάλησαν, παρέθηγον τὰς δυνάμεις εἰς πόλεμον. ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ κυριακὸν ἐκεῖνο ἐπὶ τὸ Μάρδης μετεπέμψατο ἴνδαλμα Συμεώνῃ τῷ τὸν ἱερατικὸν Ἀμίδης θρόνον ἐπέχοντι· ἔτυχε γὰρ τὸν ἄνδρα ἐν τῷ ὀχυρώματι κατ᾿ ἐκεῖνο ἐνδιατρίβειν καιροῦ. οἱ δ᾿ ἐν τῷ φρουρίῳ ἐλιπάρουν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸ θεῖον καὶ εὐμενίζοντο, καὶ μετὰ πληθύος δακρύων τὰς ἱκεσίας εἰργάζοντο, ὅπως τὴν νικῶσαν [P 35] Ῥωμαῖοι ἀνὰ τὴν ἀγωνίαν ἀποίσωνται. οἱ δὲ λοχαγοὶ οἵ τε πρωτοστάται τῶν δυνάμεων, μενοῦνγε καὶ οἱ χιλίαρχοι ἀθροισθέντες ἠντιβόλουν τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τὸ οὔραιον τῆς δυνάμεως μεταβήσεσθαι· ἐδεδίεσαν γὰρ μή ποτε αὐτοῖς ἐπικινδυνότερος ὁ πόλεμος γένοιτο κοινωνὸν τῶν πόνων τὸν στρατηγὸν κληρωσάμενος. "ὁ γὰρ πόλεμος" ἔφασκον "οὐκ ἐπίδηλα τὰ κινήματα κέκτηται, ἅτε φιλοποίκιλος ὢν καὶ πολύμορφος. φύσις γὰρ αὐτῷ [V 158] ταῖς μεταβολαῖς ἐμβατεύειν, μίαν πίστιν τὸ ἄπιστον ἔχοντι. τὸ δ᾿ ἐκ τύχης ἐντεῦθεν ἀπαίσιον τῆς ἐκ τῆς ἐπιτεύξεως εὐπραγίας

15. οἵ τε] οἱ δὲ IP.

datam gestans exercitum obibat, indeque audendi generosam et inexpugnabilem militibus alacritatem iniiciebat. deinde in medium copiarum progressus, ubertim et continenter fluentibus per ora lacrimis propter stragis acervos mox futuros, eos ad fortiter pugnandum cohortatus est; potueruntque illius verba et impigris ac strenuis impetum intendere, et ignavis ac torpentibus strenuitatem inserere. protinus tubarum cantus acuit animos et ad praelium conserendum exsuscitat. porro dux illam domini imaginem Mardes ad Simeonem Amidae antistitem, forte per idem tempus in eo castello commorantem, mittit. in quo qui erant alii praeterea, die illo impense numini obsecrando propitiandoque dabant operam, supplicabantque multis cum lacrimis uti Romanus victor abiret. centuriones autem et praefecti militares, immo et chiliarchi coeuntes ducem obtestabantur ut in extremum agminis se reciperet, quod timerent ne, si ipsum dimicationis socium haberent, maiore cum discrimine dimicarent. "belli enim vices", aiebant, "incertae sunt; et cum natura sit mutabile, multiforme ac multifarium, solum in inconstantia sua constans est; quodque inde fortuito infaustum et calamitosum accidit, partam aliquando

B ἐς τὸ ἀπειροπλάσιον ὑπερβέβηκε." καὶ πείθουσι τὸν στρατηγὸν βραχύ τι μεταμεῖψαι τὴν στάσιν. τὸ δὲ πεδίον, ἔνθα ἐχειρουργεῖτο ὁ πόλεμος, Σολάχων ὠνόμαστο, ἀπὸ χωρίου τινὸς γειτνιάζοντος τὴν ὁμωνυμίαν ἀράμενον. ἐντεῦθεν καὶ Θεόδωρος, ὃν Ζητονούμιον ἀπεκάλουν Βυζάντιοι, ὁ καὶ τὴν παρὰ Ῥωμαίων μαγιστερίαν διανύσας ἀρχήν, ἔκαθεν τὸ γένος ἐφέρετο. καὶ δῆτα καὶ Σολομὼν ἐκεῖνος, ὁ τοῦ βασιλέως εὐνοῦχος, ὁ τὸν Καρχηδόνιον πόλεμον ἐν Λιβύῃ παραταξάμενος, ὅτε τὸν αὐτοκρατορικὸν δίφρον Ἰουστινιανὸς διεκόσμησε. καὶ ταῦτα Προκοπίῳ τῷ συγγραφεῖ ἐν τῷ πυκτίῳ τῆς ἱστορίας ἐγγέγραπται.

C 4. Ἐπεὶ δ' αἱ τοῦ Περσικοῦ φάλαγγες τοῖς Ῥωμαϊκοῖς λόφοις προσέμιξαν, Βιτάλιος ὁ ταξίαρχος τὴν ἀντίθετον θᾶττον διέλυσε δύναμιν, προκύψας τῶν ἄλλων θρασύτερον τάξεων. ἀτὰρ μέγιστον φόνον εἰργάσατο, τήν τε Περσικὴν ἀποσκευὴν ἐχειρώσατο, ἣν σύνηθες Ῥωμαίοις τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ τοῦλδον ἀποκαλεῖν. οὕτω μέντοι τὸ νενικηκὸς περὶ τὴν λείαν ἠσχόλητο. ὁ δὲ στρατηγὸς διηπορεῖτό τε καὶ ἐχαλέπαινε ταῦτα δὴ τὰ τῆς ἀκοσμίας θεώμενος. καὶ οὖν ἔμφρονα βουλὴν ἐσχεδίασε, καὶ D τὸ κράνος (ἐπίσημον δ' ἄρα τοῦτο ἦν καὶ κατάδηλον) τῆς ἑαυτοῦ κορυφῆς ἀπεκδὺς Θεωδώρῳ τῷ Ἰλιβινῷ περιτέθεικε· δορυφόρος δ' οὗτος τοῦ στρατηγοῦ. εἶτα προστάττει τῷ ξίφει παῖσαι τοὺς ἐμπορευομένους τὰ λάφυρα. ὃ δὴ καὶ γεγονὸς ἐς τὰ μάλιστα ὤνησε τὴν παράταξιν. οἱ δὲ ὑπονοήσαντες τὸν στρατηγὸν περινοστεῖν καὶ λωποδυτοῦντας αὐτοὺς ἐπανορθοῦσθαι τοῦ

12. λόχοις?

felicitatem multis modis superat et obscurat." his ducem permovent uti paulisper stationem mutet. campus certaminis Solachon a quodam oppidulo propinquo dictus est. ea inde ab atavis patria fuit Theodori, quem Byzantii Zetonumium appellabant, qui et magisteriam (dignitatis apud Romanos nomen est) gessit. inde genus duxit etiam Salomon eunuchus et auriga Iustiniani Augusti, qui et Carthaginense bellum in Libya procuravit, de quibus Procopius in historia mentionem fecit.

4. Postquam phalanges Persicae cum Romanis pedem contulerunt, Vitalis centurio manum adversariam celeriter dissipavit, quod audacius in hostes incumberet. sed et stragem maximam edidit, illorumque spolia (tuldum Romani vocare consueverunt) legit. victoribus praeda diripienda sic occupatis, dux ea confusione conspecta succensere, et quid ageret anxius cum animo suo trahere, cum prudens consilium reperit ex tempore. nam capiti suo detractam galeam, illustrem illam et conspicuam, Theodoro Ilibino satelliti suo imponit, mandatque spolia ferentibus gladio, qua latus est, ictus incutere, quod ad aciem restituendam plurimum profuit. suspicatus enim miles ducem ipsum circumire et spo-

σφάλματος, παρὰ τὴν μάχην τὴν φροντίδα μετέθεντο, καὶ τῶν
πολεμικῶν μετελάμβανον πόνων. τὸ δ' ἀντίπαλον διασπασθὲν
ἐς τὴν μέσην τῶν Περσῶν διεσώζετο χώραν, οὗ ἦν ὁ Καρδαρι-
γὰν τὴν ἐπιστασίαν ποιούμενος. βαθυτέρου γοῦν τοῦ μέσου κέ-
ρατος τῶν Περσῶν γεγονότος διὰ τὴν ἐπιπρόσθησιν τοῦ ἀπο-
δράντος εὐωνύμου κέρατος, χαλεπῶς ἂν εἶχε διενεγκεῖν ἡ Ῥω- P 36
μαίων ἀντίπαλος δύναμις, εἰ μὴ τῶν ἵππων ἀποβάντες αὐτῶν
κατασταδὴν τὰς συμπλοκὰς ἐποιήσαντο. αἱ μὲν οὖν μεσαί-
ταται φάλαγγες ἐξῄρκουν μαχόμεναι, καὶ ὁ πόλεμος αὐταῖς ἐμη-
κύνετο, ὡς συμβαίνειν ἐπὶ τῶν λειψάνων ἑστάναι τὸ παρατασσό-
B 16. Οὕτω τοιγαροῦν τῆς Ἀρζανηνῆς ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δόρατος παθούσης κακῶς μεταβαίνει ὁ στρατηγός, καὶ τοῖς τῆς Ἀραβίας χωρίοις ἐνέβαλεν οὐ πόρρω τῆς Νίσιβι ἱδρυμένοις ἐπιτομώτατα. εἶτα μέχρι τοῦ Τίγριδος καταστρεψάμενος ποταμοῦ, ἐς τὸ ἀντιπέρας τὸν Κοὺρς καὶ τὸν Ῥωμανὸν ἐξεπέμπετο τὴν πολεμίαν ληΐζοντας ἅπασαν· αὐτὸς δὲ τὸ Σιγγαρὼν φρούριον κα-

6. θείρειν IP.

Armenia exercitus dimissa ipsaque Armenia relicta, Citharizum Romanorum arcem praetergressus, locis et vicis iuxta Amidam direptionem infert. deinde per Arzanenam praedabundus domum discedit. Mauricius dux barbaros Armenia egressos et Orientem pervastare aggressos cognoscens, totis copiis in Persidem ruit, et ex calore immodico morbum ac dolorem nactus est. irruptione igitur in Arzanenam facta, Romani, quia deerat qui vim arceret ac propulsaret, Aphumos castellum natura et operibus firmissimum occupant, aliaque insuper castella evertunt, multaque strage in Persas debacchantur, et captis decem millibus ac nonaginta, tertiam partem Mauricio, honesta belli praemia offerunt. de captivis imperatorem Mauricius certiorem facit, a quo per Cyprum distribuuntur.

16 Sic itaque Arzanena Romanorum armis male mulcata, dux inde excedens Arabiae loca, non procul a Nisibi, summo velut compendio incursat. deinde usque ad Tigrim vastitate illata, Cursium et Romanum trans flumen mittit, qui hostium regionem depraedentur, ipse Singaro castello subacto, quoniam hiems appetebat, cum copiis in hiberna

ταστρεψάμενος, ἐπεὶ χειμῶνος ὥρα παρέκυπτε, τὰς δυνάμεις ἀναλαβόμενος τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐνεδήμησε. κατὰ τοῦτον δῆτα C τὸν χρόνον ἀπέσκλη ὑπὸ τῆς νόσου Ἰουστῖνος ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατηγός, μεγάλαις τῶν βεβιωμένων αὐτῷ ἐντετυχηκὼς ἀντιδόσεσιν. ἀπόφοιτος γοῦν τῶν ἐντεῦθεν ὅσον οὔπω γενόμενος, κύριον τῆς μοναρχίας συνίστησι Τιβέριον τὸν αὐτοκράτορα, ἄνδρα πρᾶον ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον, κρείττονά τε λήμματος καὶ χρημάτων ἀφρόντιδα, τοῦτο μόνον εὐδαιμονίαν ἡγούμενον, τὸ τεθηλέναι τε καὶ ἐς μέγα πλούτου κομᾶν τὸ ὑπήκοον, τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων μακαριότητα πάγκαλον καὶ ἀσυλότατον θησαυ- D ρὸν λογιζόμενον· ὃς τὸν ὄγκον τῆς τυραννίδος μισήσας, εἵλετο συμβασιλεύειν αὐτῷ τὸ ὑπήκοον ἢ τοὺς ἰθυνομένους τυραννικώτερον ἀνδραποδίζεσθαι, πατὴρ ἐθέλων ἢ δεσπότης ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἀναγορεύεσθαι. ἐπεὶ δ' ἀκαπηλεύτως αὐτῷ τὸ τῆς ἐξουσίας οἰακίζετο σκάφος, εἰκότως καὶ ὁ πόλεμος μετὰ τῶν πραγμάτων τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴν ἐκληρώσατο.

Ἦρος δ' ἀρχομένου νόσῳ σαγηνευθεὶς Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὸν τῇδε κατεστρέψατο βίον, διάδοχον προστησάμενος Ὁρμίσδαν τὸν υἱόν, ἄνδρα τῇ χαλεπότητι τὴν πατρῴαν ὑπερηκοντικότα τῶν τρόπων ἀνοσιότητα· ἦν γὰρ βίαιός τε καὶ P 85 τοῦ πλείονος ἐραστὴς ἀκόρεστος, ὃς ἐν οὐδεμιᾷ τὸ δίκαιον μοίρᾳ τιθέμενος, ἀπάτῃ τε ἡδόμενος καὶ τῷ ψεύδει περιρρεόμενος, τῶν πολέμων, οὐ τῆς εἰρήνης ἐγλίχετο. δυσμενέστατός τε πρὸς τὸ ὑπήκοον γεγονώς, οὓς μὲν τῶν δυνατωτάτων ποδοκάκῃ καὶ δεσμοῖς ἐς τὸ ἀεὶ καθυπέβαλλεν, οὓς δὲ ξίφει διέτεμνεν,

21. ἀκορέστατος ἐν IP.

concedit. hoc tempore Iustinus Romanorum imperator tabe confectus, moriens, magnam rerum in vita gestarum mercedem est adeptus. iam iam igitur hinc demigraturus, Tiberium Augustum et monarcham declaravit, virum mitem et humanum, a muneribus accipiendis alienum, et vacuitatem a pecuniaria sollicitudine solam felicitatem interpretantem, florereque et crescere opibus subditos, communem hominum beatitudinem honestissimumque et indepraedabilem thesaurum reputantem. qui regni fastum exosus, maluit secum regnare subiectos, quam quibus ipse praeesset, per tyrannicam importunitatem servitute multari, et pater magis a suis civibus quam dominus audire. et quoniam navigium rei publicae animo sincero gubernabat, non iniuria belli melior evasit conditio.

Veris autem principio Chosroes Persarum rex morbo irretitus vitae modum imposuit, Hormisda filio successore appellato, qui morum saevitia paternam impietatem superavit, homo violentus ac furens et inexplebilis avaritiae. qui nullam iusti rationem ducens gaudebat fallaciis et scatebat mendaciis, nec ex pace sed bello voluptatem capiebat. ac

ἐνίους παρέπεμπε ταῖς λαγόσι τοῦ Τίγριδος, καὶ τάφος ἦν ὁ ποταμὸς ἀναμφίαστος· οὐ γὰρ ἀδημοσίευτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως παραπεμπομένων ἐς θάνατον. χρηματισθῆναι γὰρ τὸν Ὁρμίσδαν διὰ τῶν μάγων φασὶν ὑπὸ τῶν ὑπηκόων
B καταστασιασθέντα ἀποβολὴν τοῦ κράτους ποιήσασθαι, ἐπονειδίστως τε καταθέσθαι τῆς ἐξουσίας ὁμοῦ καὶ τῆς βασιλείας τοὺς οἴακας. δείλαιοι τῆς ἀσεβείας οἱ τούτοις πειθήνιοι· ἃ γὰρ οὐκ ἤμελλε συμβαίνειν ἴσως τοῖς πράγμασι, πολλάκις τερατολογοῦσι δαιμόνια, ἵνα δέει τῆς τούτων προαγορεύσεως σχοίη που πάντως συμπέρασμα τῶν χρησμολογουσῶν ἀνοσίων δυνάμεων τὰ βουλή-
V 194 ματα τῷ τῆς πονηρίας πανουργικωτάτῳ σοφίσματι. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπιτίθησι καὶ πρὸς τὸ πλῆθος αὐτὸ Ὁρμίσδας τὴν μάχαιραν, καὶ διαφθείρας δέει τοῦ μέλλοντος ἐκ τοῦ πλήθους χιλιάδας πολλὰς ἀπεθησαύριζεν ἑαυτῷ παρὰ τῶν ὑπηκόων δυσμένειαν ἀδιάλλακτον. ἀπεδεκάτου δὲ καὶ τὰς στρατιωτικὰς ἐπιδόσεις, καὶ πρὸς κινδύνους μεγάλους χωρεῖν τὸ ὁπλιτικὸν κατηνάγκαζεν, ὅπως τῇ διαφθορᾷ τῆς Βαβυλωνίας δυνάμεως ἀστασίαστον αὐτῷ ὁ
C βασίλειος θρόνος σχοίη τὴν ἵδρυσιν. (17) περιβαλόμενος γοῦν ὁ Ὁρμίσδας τὸ τῶν τυράννων διάδημα περιαυτίζεταί τε καὶ αὐθαδίζεται, καὶ περικείρει τὸ εἰωθός, τὰ τῆς ἀναρρήσεως σήμαντρα ἀποστέλλειν ὥσπερ οὐκ ἀξιῶν Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἀποκηρυκεύεται πρὸς Ὁρμίσδαν τὸν πόλεμον, τὴν εἰρήνην ἐν ἴσῃ μοίρᾳ ἑκατέροις γενέσθαι ἐξαιτούμενος·

malevolentissimus in subditos, potentissimorum quosdam aeternis vinculis ac cippo mandabat, quosdam gladio trucidabat, nonnullos in Tigrim demergebat, eratque sepulcrum fluvius quod non indueretur aut cooperiret: neque enim ab rege iniectos non publicabat. fertur autem Hormisdae responsum ab ariolis, ipsum seditione subiectorum adversus se excitata oppressum imperium amissurum, et cum probro potestatem atque gubernacula regni positurum. miseri et impii mortales, qui his auscultant. quae namque re ipsa forsitan non evenient, saepe ut monstra daemones praedicunt, ut propter huiuscemodi vaticiniorum formidinem consilia improbissimorum spirituum vaferrima calliditate meditata effectum sortiantur. hinc adeo factum ut in vulgus ferro saeviret Hormisdas, et futurorum metu perculsus multisque millibus de populo iugulatis inexpiabile omnium in se odium accenderet. praeterea commeatum restringens, militem ingentia adire pericula compellebat, ut militia Persica attrita et imminuta, thronus sibi regius nulla seditione concussam stabilitatem retineret. (17) suscepto igitur diademate regio Hormisdas superbia et contumacia elatus consuetudinem significandae inaugurationis negligit, ut qui Tiberium honore hoc non dignaretur. Tiberius illi bellum renuntiat, orans uti pax aeque ab utraque parte coleretur. Hormisdas legationem insolenti fastigio aspernatus, aperte Ro-

ὁ δ' ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ καταγαυρούμενος ἠξίου φορολογεῖσθαι ἐς τὸ φανερὸν τοὺς Ῥωμαίους, Ἀρμενίους τε καὶ Ἴβηρας ἐν ὑπηκόοις τελεῖν, Ῥωμαίων τοῦτο παρεχομένων αὐτῷ, τό τε Δάρας μὴ ἐπιζητεῖσθαι λοιπὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καίτοι Χοσρόου τοῦ πατρὸς ἐπὶ τοῖς ἴσοις βουληθέντος τὰς διαλλαγὰς ἀντιδοῦναι τῷ Καίσαρι, τό τε Δάρας οὐκ ἀπαξιώσαντος ἀποκαταστῆσαι τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς ἀλαζονείας Ὁρμίσδου καταφανῆ Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι γέγονε, θέρους ἐπιγενομένου πάλιν Μαυρίκιος τὰς δυνάμεις ἀθροίσας ἐνδημεῖ τῇ Περσίδι, ἐς P 86 τὸ ἀντιπέρας τοῦ Τίγριδος Ῥωμανόν τε καὶ Θεοδώρικον, ναὶ μὴν καὶ Μαρτῖνον πεπομφώς, τὰ ἐνδόμυχα τῆς Μηδικῆς κατασκάψοντας. οἱ μὲν οὖν εἰσβαλόντες ἅμα τῇ τοῦ στρατοπέδου πληθύϊ, καὶ τῶν Περσῶν ληϊσάμενοι τὸ γόνιμόν τε καὶ εὐθαλέστατον, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ θέρους ὥραν τοῖς Περσικοῖς ἐνδιατρίψαντες φόνοις, τὰ τῶν Μήδων ἔκειρόν τε καὶ διωλόθρευον λίαν ἐγκρατῶς. ὁ δὲ Ῥωμαίων ἡγούμενος χειμῶνος ἐπελθόντος εἰς τὴν Καππαδοκῶν Καισάρειαν γίνεται. θέρους δὲ περιόντος αὖθις B κατὰ τὴν ἑῴαν ἀφίκετο εἴς τε Κιρκήσιον πόλισμα Ῥωμαίων πανστρατιᾷ. εἶτα διὰ τῆς ἐρήμου τὸ λοιπὸν τῆς Ἀραβίας εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἠπείγετο γῆν ἀφικέσθαι, εἶτα τὸν πόλεμον παρακλέψαι τῇ ἀγχινοίᾳ τοῦ ἐγχειρήματος. συνείπετο δὲ τούτῳ ὁ τῶν νομάδων βαρβάρων ἡγούμενος, Ἀλαμούνδαρος ὄνομα αὐτῷ· ὃν φασι κατάδηλον τῷ Περσῶν βασιλεῖ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπιστασίαν ποιήσασθαι· ἀπιστότατον γὰρ καὶ ἀλλοπρόσαλλον τὸ Σαρακηνικὸν φῦλον καθέστηκε, πάγιόν τε τὸν νοῦν καὶ τὴν γνώμην πρὸς τὸ σῶφρον ἱδρυμένην οὐκ ἔχον. καὶ οὖν ἐκ τούτου ὁ C

manos tributa poscit, Armenios et Iberas Romanis annuentibus sibi subiectos cupit; Daram a Tiberio non repeti amplius, tametsi Chosroes pater aequis conditionibus cum Caesare in gratiam redire et Daram imperio Romano restituere non detrectaverit. ubi de arrogantia regis Tiberius comperit, aestate proxima Mauricius contractis iterum copiis Persidem ingressus ex adverso Tigridis castra locat, Romanumque Theodoricum et Martinum ad interiora regni divexanda dimittit. illi florentissimam agrorum copiam et universam aestatis amoenitatem depopulantes, ac caedibus grassantes, Persarum rebus vastitudinem pestiferamque cladem invexerunt. Mauricius sub adventum hiemis Caesaream Cappadociae discedit: aestate sequenti in Orientem rursus et ad Circesium Romanorum oppidum toto cum exercitu advenit. inde per Arabiae solitudinem in Persidem proficisci maturavit, ut sollerti ausu hostes falleret. eum Alamundarus Nomadum barbarorum dux comitatur, quem regi Persarum de Romanorum adventu indicasse perhibent: Saracena quippe natio infidissima iam huic iam illi solet adhaerescere, animumque stabilem

τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐπὶ Καλλίνικον πόλιν τὸν πόλεμον μετεφύτευεν, Ἀδορμαάνην χειροτονήσας τῆς ἐκτάξεως κηδεμόνα οὐκ ἀφυέστατον. ἐπεὶ τοίνυν ὁ Ἀλαμούνδαρος κηφῆνος δίκην τῆς μελίττης τοὺς σίμβλους ἠφάνισεν, εἰπεῖν δὲ ταὐτὸν τὰ Μαυρικίου ἐπίχειρα ἀνετρέψατο, ἀνόνητα γίνεται Ῥωμαίοις τὰ τῆς κατὰ Μήδων ἐπιστρατείας κινήματα· παλινδρομοῦσι γὰρ τὰς οἴκοι συμφορὰς ἀποσβέσοντες. καὶ δῆτα ὁ στρατηγὸς τὰς μὲν σιταγωγοὺς ὁλκάδας, αἳ κατὰ τὸν Εὐφράτην συνείποντο αὐτῷ ποταμόν, φλοξὶ πυρὸς ἀνατέθεικεν· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἐκκρίτοις τοῦ στρατοπέδου ὡς τάχιστα γίνεται πρὸς τὴν πόλιν Καλλίνικον. εἰς χεῖράς τε τῶν συνταγμάτων γεγονότων τῶν Πάρθων, ὑπεροχὴν τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀπεφέρετο δόρυ. φυγῆς τοίνυν τῶν Περσῶν γενομένης ἀνακωχὴν τὰ τῆς ἐπηρείας ἐλάμβανεν.

D
V 195 18. Τῷ δ' ἐπιόντι ἐνιαυτῷ Ταμχοσρὼ ὁ τοῦ Μηδικοῦ στρατηγὸς μεγάλας τοῦ Περσικοῦ δυνάμεις περιαγόμενος πρὸς τῇ Κωνσταντίνῃ χωρεῖ. καττύεται δῆτα ἐν τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μέγας καὶ ἐξακουστότατος πόλεμος Ῥωμαίοις τε καὶ Πάρθοις. ὁ μὲν οὖν τοῦ Μηδικοῦ στρατηγὸς ἐν τοῖς πρώτοις τῆς ἀγωνίας γενόμενος τὸν βίον κατέστρεψε δόρατι, πλημμελεῖ δὲ τὸ βάρβαρον καὶ νικῶσι Ῥωμαῖοι. οἱ δὲ βάρβαροι πείθονται ἐς τὴν ἑαυτῶν ἀποκλίνειν, ἅμα τῷ παθεῖν καὶ τὰ τῆς αἰσχύνης οἰκειωσάμενοι. καὶ οὖν ὁ στρατηγὸς τὰ καίρια τῶν ὀχυρωμάτων περι-
P 87 φραξάμενος ἐς Βυζάντιον ἄνεισι. τοῦ κοινοῦ δὲ τέλους συντετυχηκότος Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς, ὥσπερ

12. ὑπερφέρετο IP.

et voluntatem probitate firmam constantemque minime gerit. tum rex ad urbem Callinicum molem belli transtulerat, et Adormaanem, natura ad id munus aptissimum, ducem creaverat. posteaquam igitur Alamundarus perinde ut fucus aliquis apum cellas depastus est et hoc ipsum nuntiando Mauricii consilia evertit, in nihilum recidit adversus Persas Romanorum expeditio, domesticas siquidem calamitates depulsuri recurrerunt. itaque naves frumentarias se per Euphratem sequentes exussit: ipse cum delectis cohortibus ad oppidum Callinicum properavit, ubi collatis signis res Romana longe superior fuit. quocirca Persis fugientibus hostium impetus conquievit.

18. Anno sequenti Tamchosro Persarum dux ingentes copias Constantinam admovit, quo maximo et fama admodum celebri praelio concursum est. ipse dux in prima acie pugnans occubuit, infeliciterque praeliati barbari Romanis victoriam concesserunt ac domos refugerunt. sic ad acceptam cladem etiam dedecus adiunxerunt. Mauricius, castellis quae munitione egebant communitis, Byzantium revertitur. cumque Tiberio Romanorum imperatori communis omnium huius lucis terminus

ἆθλον ἀριστείας εὐγενῆ καὶ περίδοξον τὸ βασίλειον κράτος ὁ στρατηγὸς ἔννομόν τε περιβάλλεται, καὶ τὴν δευτέραν ἀπημφίαστο τύχην. τὰ μὲν οὖν μετὰ τοῦτο πραχθέντα Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις ἀναγέγραφα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. οὐκοῦν ἰτέον ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῆς διηγήσεως, τὴν ἱστορίαν ἔξω που μικρὸν διαθέουσαν εἰσκυκλήσαντες ἐπὶ τὴν ἀκόλουθον καὶ εὐσύνοπτον νύσσαν, ὅθεν καὶ πρὸς βραχὺ ἀπεκλίναμεν, τὰ περὶ τὸν Βαρὰμ κατ' ἐκεῖνο παρηκολουθηκότα καιροῦ προτιθέντες ἐν μέσῳ. ἀλλ' εἰρήσθω μὲν πρότερον ἥ τε πατρὶς καὶ τὸ γένος Βαρὰμ οἵ τε τῆς B τύχης βαθμοὶ αἵ τε κατ' ὀλίγον πράξεις διὰ βραχέων, ἵνα πάντοθεν ἐναρμόνιον εἴη καὶ ἐντελὲς τὸ περὶ τὴν ἱστορίαν ἀκρόαμα.

Ἤκουσά του λέγοντος ἀνδρὸς Βαβυλωνίου ἱερομνήμονος, μεγίστην ἐμπειρίαν ἀπειληφότος τῆς περὶ τὰς βασιλικὰς διφθέρας ἀναγραφῆς, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀρζανηνῆς οὕτω καλουμένης ὁρμᾶσθαι μοίρας τὸν Βαράμ, οἰκαρχίας δὲ τῆς τοῦ Μιρράμου γεγονέναι τὸν Πέρσην ἐκεῖνον τὸν τύραννον, ὃς ἀφορμὴ τῆς καταλύσεως Ὁρμίσδᾳ τῷ τυράννῳ γεγένηται. δήμοις γὰρ παρὰ τοῖς C Μήδοις ἑπτὰ τῶν πράξεων τὰ ἀγχίνοά τε καὶ τιμιώτατα διανυομένοις, νόμῳ πρεσβύτῃ κληροδοτουμένοις, μὴ ἄλλους ἔχειν τὰ πράγματα ἔφασκε, καὶ τὸν μὲν Ἀρταβίδην ἐπιλεγόμενον δῆμον τὴν βασιλείαν κατέχειν, καὶ τοῦτον ἐπιτίθεσθαι τῷ βασιλεῖ τὸ διάδημα, ἕτερον τῆς πολεμικῆς προεστάναι συντάξεως, ἄλλον δὲ τὰς πολιτικὰς περικεῖσθαι φροντίδας, τὸν δὲ ἕτερον τὰς διαφο-

6. nonne εἰσκυκλήσαντας? 23. ἕτερον] immo τέταρτον.

adesset, Mauricius dux nobile inclitum et legitimum virtutis suae praemium, Romanum imperium, adipiscens inferiorem conditionem exuit. iam vero quae post haec inter Romanos Persasque acciderunt, supra a nobis litterarum memoriae commendata sunt. quamobrem ad ea quae a superiore narratione apta videntur regrediendum est, et historia ex mediocri digressione ad consequentem perspectuque facilem scopum reducenda; quaeque illo tempore circa Varamum amplius contigerunt, in medium proferenda. sed ante de patria illius, de genere, de felicitatis gradibus, de his quae paulatim patravit, quo historia undique connexa et absoluta sit, paucis explicemus.

Persam ego quendam a sacrarum memoriarum commentariis et in libris acta regia continentibus exercitatissimum memorantem audivi, Varamum tyrannum illum Persicum, cuius opera Hormisdas tyrannus interiit, in regione Arzanena principe domo Mirrhami oriundum fuisse. rerum enim graviorum et illustrissimarum administrationem apud Persas antiqua lege septem tribubus seu familiis sortito distributam esse, caeteras nihil negotii habere aiebat. familiam Artabisdae cognominatam habere ius regni et regi imponere diadema, aliam praeesse conficiendis exercitibus, aliam rebus urbanis, aliam seditiones et controversias diiu-

ρὰς διαλύειν τῶν περί τι καταστασιαζόντων καὶ διαιτητοῦ δεομέ-
νων, τὸν δὲ πέμπτον ἡγεῖσθαι τῆς ἵππου, τὸν δὲ μετὰ τοῦτον
φορολογεῖν τὸ ὑπήκοον καὶ τῶν βασιλικῶν ταμείων ἔφορον πεφυ-
D κέναι, τὸν δ' ἕβδομον κηδεμόνα τῶν ὅπλων καὶ τῆς πολεμικῆς
ἐσθῆτος ἐπιστατεῖν, Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου τουτονὶ τὸν νόμον
ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκτεμενίσαντος. τὸν δὲ Βαρὰμ τῆς τοῦ Μιρ-
ράμου οἰκαρχίας γενόμενον, δήμου δ' Ἀρσακίδου, καταλεγῆναί
φασιν ἐς τὸ πρότερον τοῖς τοῦ βασιλέως σωματοφύλαξι, μικροῦ
δ' ὕστερον στρατιωτικῆς ἴλης ἡγησάμενον συστρατεῦσαι Χοσρόῃ
τῷ Καβάδου παιδί, ὁπότε οἱ Βαβυλώνιοι τὸ Δάρας παρεστή-
σαντο, Ἰουστίνου τοῦ νεωτέρου τὴν Ῥωμαίων σκηπτουχίαν ἐπέ-
χοντος. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ ἐσβαλὼν ἅμα Χοσρόῃ τῷ Περσῶν
βασιλεῖ τῷ πρεσβύτῃ, καὶ εἰς τὰς ἁρμονίας αὐτὰς καὶ κατὰ τοὺς
πολέμους ἐπιφανέστατος γεγονώς, στρατηγὸς μετ' οὐ πολὺ καὶ
τοῦ Περσικοῦ χειροτονεῖται ἀθροίσματος. οὕτω δὲ κατ' ὀλίγον
ἐξαιρούσης τῆς τύχης αὐτὸν ὡς καὶ δαριγμεδοὺμ τῆς βασιλικῆς
ἀναδεῖξαι (ἔστι δὲ ὃν δὴ κουροπαλάτην Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν),
ἐς μέγα ἀπονοίας ἐλήλακε, καὶ ἐπὶ ταῖς κατὰ Τούρκων νίκαις
P 88 V 196 μεγάλα καὶ ἀκάθεκτα πνέων τὰ τῆς τυραννίδος ὠδίνει κυήματα.
ὁ μὲν οὖν ὥσπερ σπινθῆρα ἐν σποδιᾷ τὴν τοῦ βασιλέως Ὁρμί-
σδου ἀποκρύπτει τῆς λύπης ὑπόθεσιν, τὸ δὲ πλῆθος ἐξέμηνε φε-
νάκῃ συσκευασάμενος ὡς οἷα δὴ κατὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ τοῦ Περσῶν
χαλεπαίνοντος βασιλέως, καὶ προσαπειλοῦντος καὶ φόνον τοῖς
Βαβυλωνίοις στρατεύμασι διὰ τὰ περὶ τὴν Σουανίας τῆς συμ-
πλοκῆς ἀτυχήματα. προσεφέρετο δὲ καὶ ἐπίπλαστα τοῦ Ὁρμίσδα

dicare atque componere, quintam praesidere equitatui, sextam tributa colligere et aerarium regium curare, septimam arma et vestitum militarem providere; et hanc legem inter alias leges regias Darium Hystaspis filium sacrosanctam condidisse. Varamum vero in principe domo Mirrhami, familia autem Arsacidarum procreatum, principio e custodibus sive satellitibus regiis unum fuisse praedicant. paulo post cohortis ducem lectum Chosroae Cabadis filio militasse, cum Persae Daram Iustino iuniore Romani imperii sceptra tenente subigerent. is igitur cum Chosroe seniore in militia versatus, eiusque familiaritate intima et bello clarissimus, non multo post Persici exercitus imperator summus renuntiatur. cumque fortunae favor gradatim ita hominem evexisset ut etiam Darigmedum regiae faceret (quem Romani Curopalatam, hoc est palatii curatorem et praefectum appellant), in magnam prolapsus est vecordiam, ac propter reportatas de Turcis victorias incredibilem in modum sese amans dominatum invasit. velut scintillam igitur sub cinere Hormisdae exagitandi voluntatem occultans, milites veteratorie circumducit atque efferat, quasi rex illis succenseat et mortem minitetur, quia in Suania fusi fu-

προστάγματα, ἀποκολοβοῦντα τὰ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς συντάγμασι [τῶν] ὑπὸ τῶν βασιλικῶν πρυτανείων διανεμόμενα. κἀντεῦθεν παραδριμύττεται ἡ πᾶσα πληθύς, καὶ ἐς ἀνάστατον ἀπροσεξίαν ἐχώρησεν.

gatique sint. profert item commentitia Hormisdae mandata, quibus de annona e regio prytaneo praeberi consueta demi iubebatur. hinc totus exercitus exacerbatus omnia sursum ac deorsum miscuit atque confudit.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Δ'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER IV.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) Varamus contra Hormisdam exercitum colligit. eius promissa illecebrosa. in Chubriadanem inspectorem regium Persarum immanitas. Nisibis diripitur. ibidem de Hormisda regno exuendo coniuratur. legati militum ad Varamum. Zaba fluvius. Varami in legatos benignitas. Hormisdae ex adverso casu ira et insania. (2) Varamus per hiemem castella oppugnat. Zadespras peculator carcere solutus ad hostes transfugit. Pherochanes regis dux Varamo cum precibus dona incassum offert. Varami inventum, quo copias adversarias ad se traducit, dum Hormisdam in summum apud eas odium inducit. (3) Pherochanes a suis occiditur; eius tentorium diripitur. e militum reliquiis Hormisdas custodes sibi facit. civium per urbes regias super gestis admiratio. Bindoem, virum illustrem, frater e carcere eripit. Hormisdas in regia invaditur. eius ornamenta sumptuosissima. Bindois in illum maledicta. de throno abstractus in vincula datur. Chosroes filius periculi metu fugit: accepta fide in regnum redit. Hormisdas ad principes Persarum de republica dicendi facultatem exorat. (4) concio Hormisdae. de iniuria sibi facta expostulat. conditionem pristinam cum praesenti, illius delicias cum huius miseriis et squalore comparat. ingratos et impios in se illorum animos increpat. a tyrannis cavendum monet. Chosroen propter mores sceleratissimos regno excludendum, fratrem creandum statuit. acta sua commendat. (5) Bindoes orationem Hormisdae irridet, et in eum ut multimodis sceleratum dirius invehitur. refutat etiam ex quibus sese commendaverat. tandem capite puniendum pronuntiat. (6) conventus ira percitus in Hormisdam, ante oculos eius filium necat,

reginam uxorem in frusta dissecat, ipsum pupillis adustis caecitate multat. per digressionem res Cabadae interseruntur, quemadmodum scilicet erepto sibi regno in carcerem missus, inde uxoris beneficio evaserit regnumque recuperaverit. (7) *Chosroes in solio cum acclamationibus locatur. eius in patre captivo alendo liberalitas; qui tamen omnia, addita verborum asperitate, reiicit. iussu filii usque ad necem fustibus contunditur. Hypocrisis Chosroae. Varamum donis et pollicitationibus frustra tentat, a quo per epistolam cum fastu scriptam de seditiosis in carcerem revocandis monetur.* (8) *rex ad procerum consessum de litteris Varami refert. ad iram ab iisdem extimulatur. eiusdem cautio. litterae Chosroae ad Varamum, quibus fastum eius excusat, culpam in scribam facete transfert, negat se facturum quae postulet, spiritus regios ostendit.* (9) *Chosroes contra Varamum delectus agit, duces praeponit. copiae fluvio separantur. frustra collocuti ad velitationes veniunt. Chosroae timiditas, Varami fidentia. Chosroes suspectos interficit. noctu invaditur. multa caedes editur. multi ad Varamum deficiunt. etiam ipse Chosroes fugam init.* (10) *consultat Chosroes quo se vertat. christianorum deum invocat. fraeno dimisso equi gressum sequitur. Circesii a Probo humaniter accipitur. Comentiolo duci eius adventus, et quid ab imperatore petat, significatur. mittitur cum epistola nuntius ad Mauricium, quem ingens inde laetitia occupat.* (11) *litterae Chosroae ad Mauricium. duo esse imperia omnium maxima, Romanum et Persicum. accusatio Varami, contra quem concitatur imperator et auxilium rogatur.* (12) *Persis proceribus blanditur Varamus: Chosroen quaeri ac vinctum sisti iubet. Bindoes vinculis adducitur. Varami in regno occupando astus. semet regem instituit. ad praesidiarios Martyropoli eius mandatum. a Mauricio per ducem Comentiolum Chosroes honoratur. eiusdem impostura.* (13) *Chosroes ut vafer et malae fidei reprehenditur: eum ad se venire Mauricius non vult. legati Chosroae ad imperatorem. principis legati oratio, qua interesse Romanorum, Persicum stare imperium, praeclara disputatione probat. multa de Alexandri Magni ambitione disserit, et imperatorem ad succurrendum regi vehementer incitat.* (14) *dicta placent, auxilium decernitur. Mauricii ingenuitas. captivos Chosroae remittit, eumque per Melitenensem et Antiochenum episcopos donis et solatio prosequitur. Chosroae ad Nisibenos de officio legati. Varami legati ad imperatorem cum promissis reiecti. Satrapae Varamo, eius moribus importunissimis irritati, necem struunt, et in palatium irruentes coepto frustrantur, misereque occiduntur.* (15) *Bindoes evadit; copias Andrabigano educit; Mystaconem de statu Chosroae docet, quem armis iuvandum imperator Mystaconi commendat. Varami casus cum laetitia narrantur et audiuntur. Bindoes regiam pecuniam in militem erogat. Nisibim obsidentes ad Chosroae partes accedunt. Arabia et urbes usque ad Tigrim Chosroae traduntur. Martyropolis Romanis opera Domitiani episcopi deditur. Chosroes ut ingratus castigatur. Sittas proditor ignibus crematur. perfidi Romani puniuntur. Domitianus festum diem indicit, concionem gratulatoriam habet.* (16) *festivissima Domitiani concio ob receptam Martyropolim, qua populus ad laetitiam invitatur, clementia imperatoris eximie commendatur, exemplum humanitatis Iesu Christi servatoris nostri inducitur, Persisque hostibus insultatur. applausus populi, et prae gaudio lacrimae erumpentes.*

D V 198 1. Ἐπεὶ δ' ὅρκοις τὰ τῆς τυραννίδος ἀπετειχίζετο καὶ σπον-
δαῖς ἡ στάσις ἐπῳκοδόμητο, ἐπαθροίζει συμμαχικὸν ὁ Βαράμ,
καὶ ὁ ἐπιχώριος Πέρσαις ἐκρατύνετο πόλεμος. ἐπεστρατολόγει
δὲ καὶ ἡ περὶ τὸν Ὁρμίσδαν δυσμένεια τῷ Βαρὰμ πρόσθετον καὶ
ἐπίκουρον δύναμιν· Πέρσαι γὰρ οἱ πρὸς τῇ Νίσιβι στρατοπε-
δεύοντες ἄρτι που ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμηθέντες δημοσίᾳ ἐκτά-
ξει, τὰ περὶ τὸν Βαράμην ἀκηκοότες παράδοξα, ἀποκλίνουσι
πρὸς ἀπόστασιν, ἀδελφὰ τῶν ἐκείνῳ διεγχειρηθέντων ὑποζηλώ-
P 91 σαντες. τούτων δὴ ἀγγελθέντων τῷ Βαράμ, πρέσβεις ἀπὸ τῆς
περὶ αὐτὸν πληθύος ἐκπέμπεται πρὸς τὴν Νίσιβιν, καὶ τῷ ἐπα-
γωγῷ τῶν ὑποσχέσεων καρτερώτερος Μήδοις ὁ ἐμφύλιος κατατυ-
ρεύεται πόλεμος. οἱ μὲν οὖν τοὺς πρέσβεις δεξάμενοι πρὸς τὴν
πόλιν χωροῦσι τὴν Νίσιβιν. περὶ τὴν πύλην δὲ γεγονότες τοῦ
ἄστεος συνεκύρησαν Χουβριαδάνῃ, ὃς τῶν ἐν ἀξίαις τελούντων
παρὰ Πέρσαις ἐδόκει, ἐπόπτης τε τῶν δρωμένων κατὰ τὸν πόλε-
μον ὑπὸ Ὁρμίσδα προεκεχείριστο. τοῦτον καταβαλόντες τοῦ ἵπ-
B που ἀκροτομήσαντές τε τὸν δείλαιον, τὴν κεφαλὴν τῶν ἐν τῷ
τραχήλῳ σφονδύλων ἀποκοψάμενοι σύμβολα ταῦτα Ὁρμίσδᾳ
ἀδιαλλάκτου τινὸς παρέπεμπον στάσεως. κατεργασάμενοι δὲ τὸν
ἄνδρα δεινῶς, καὶ κατὰ τὴν πόλιν εἰσφρήσαντες, πρὸς διαρπα-
γὴν τῶν ἐκείνου χρημάτων ἐτράποντο. γίνεται τοίνυν κατὰ τὴν
Νίσιβιν διωμοσία καρτερὰ ἐφ' ᾧ τὸν Ὁρμίσδαν ἀποχειροτόνητον

1. Tyrannide sacramentis constabilita defectioneque foederis interpositi religione confirmata, Varamus auxilia conquirit, civileque bellum inter Persas ingravescit, cum ipsa quoque communis omnium adversus Hormisdam invidia ad eas copias accessionem subsidiumque afferret. etenim Persae prope Nisibim castra metantes et nuper aperto Marte a Romanis devicti, inopinatis super Varamo nuntiis exciti, deserta fide eius ausus imitandi studio concitabantur. id postquam ille rescivit, de exercitu suo legatos cum promissionum illecebris Nisibin mittit, quibus deliniti cives contra cives atrocius miscere et agitare arma coeperunt. admissis itaque legatis Nisibin procedunt. ad portam urbis ut venerunt, in Chubriadanem, unum de Persicis magistratibus, ut apparebat, incidunt, qui ab rege ad rem castrensem inspiciendam veniebat. huic ab equo deturbato summas corporis partes miserabiliter detruncant, caput resecant, et haec implacabilis odii sui argumenta Hormisdae transmittunt. cum hominem tam crudelem in modum confecissent oppidoque recepti essent, facultatibus eius diripiendis involant, coniurantque acer-

εἶναι καὶ ἰδιώτην ἀντὶ βασιλέως τεκταίνεσθαι. καὶ γοῦν τούτων οὕτως προκεχωρηκότων τοῖς πράγμασι, πρεσβεύονται Πέρσαι πρὸς Πέρσας καὶ ἡγεμόνας πρὸς τὸν Βαρὰμ ἀποστέλλουσι κατὰ τὴν τοῦ Ζαβᾶ διάβασιν διατρίβοντα. ποταμὸς δ' οὗτος, ὃς ἐκ C τῶν ὑπερανεστηκότων ὀρῶν ἐκχεόμενος καὶ ἀπὸ τῶν βορείων ἀρχόμενος οὐ πολύς ἐστι τὴν πρόοδον, εἶτα πρὸς νότον φερόμενος καὶ ὑπὸ πολλῶν χειμάρρων καταρδευόμενος ναυσίπορος γίνεται καὶ κοινωνοῦται τῷ Τίγριδι. ὁ δὲ Βαρὰμ τοὺς ἀγγέλους εἰσῳκίζετο, καὶ λαμπρᾷ τῇ φιλοφροσύνῃ τούτους περιαυτίζεται. προστάττει δὲ καὶ δεξιολάβοις δυνάμεσιν ἰχνηλατεῖν καὶ τὰς ἀτραποὺς πάσας κατασφαλίσασθαι, ὅπως μηδ' ἄγγελος Ὁρμίσδᾳ τῶν ἀτυχημάτων γενήσεται. ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπαίνων τε καὶ τετριγὼς τοὺς ὀδόντας, καὶ οὐκ ἔχων ὅπῃ αὐτοῦ τὰ τοῦ σκοποῦ σχοίη διέξοδον, ὑπὸ τῆς ἀπορίας παράφορος ἦν καὶ τοῖς δαιμονῶσιν εἰκάζετο. (2) Κομεντιόλου δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ ἐν ταύ- D A. C. 592. ταις δὴ ταῖς ἡμέραις τὸ Ἀκβᾶς φρούριον ᾑρηκότος καὶ ὥρᾳ χειμῶνος διαλελυκότος τὸν χάρακα, ὁ Βαράμης τὸ κατὰ μικρὸν τοῖς τῆς Μηδίας χωρίοις προσέβαλλεν. ὁ δὲ Ὁρμίσδας ἐκ τῶν περιοίκων δυνάμεις συναθροισάμενος αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου προεστήσατο Φεροχάνην τὸν Πέρσην· τὸ δ' ὄνομα τὴν τοῦ μαγίστρου ἀξίαν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐνσημαίνεται γλώττῃ. ὁ μὲν οὖν Φεροχάνης ἠξίου τὸν βασιλέα Ζαδέσπραν, ὃν ἐν εἱρκτῇ δεδεμένον Ὁρμίσδας ἀπέθετο, τῶν δεσμῶν ἀφαιρεθῆναι καὶ συστρατεύειν αὐτῷ. τούτου δὲ καταδιαιτήσας ἐτύγχανεν ὢν ὁ Περσῶν βασι-

rime, Hormisdam regia dignitate spoliatum in ordinem redacturos. secundum haec Persae ad Persas, et quidem duces ipsos ad Varamum legant, qui tum ad Zabae fluminis transitum forte consederat. hic in septentrione ab excelsis montibus erumpens alveo labitur exiguo; deinde versus austrum procurrens multisque torrentibus auctus fit navigabilis, et Tigridi undas suas intermiscet. Varamus legatos in tabernaculum introductos omni benevolentia et humanitate complectitur, iubetque postmodum eos a stipatoribus suis deduci, et obsideri vias omnes, ut ne quem calamitatis suae nuntium Hormisdas possit accipere. qui furore et stomacho exardescens et dentibus stridens, nec reperiens qua tandem ratione consilia sua perficeret, prae angore animi de potestate mentis decedit, eorumque qui a daemonibus exagitantur similis evadit. (2) cum per illos dies Comentiolus dux Romanus arcem Acbas cepisset militemque in hiberna dimisisset, Varamus castella Persidis paulatim adoritur. Hormisdas e locis circumiectis manum conflat, cui Persam nomine Pherochanem (quo magistri apud Romanos dignitas exprimitur) praeponit. orat regem Pherochanes uti Zadespram, qui Martyropoli publicam pecuniam eamque grandem averterat, et ea de causa in custodiam et catenas

P 92 λεὺς τὴν φρουράν· κατάφωρος γὰρ οὗτος ἐγεγόνει χρήματα ἱκανὰ ἐκ τῆς Μαρτύρων ἐγκολπωσάμενος πόλεως. Ὁρμίσδου δὲ δυσανασχετοῦντος ἐπὶ τοῖς ῥήμασι, καὶ τοῦ Φεροχάνου καταλιπαίνοντος τὴν ἀξίωσιν, νικᾶται ὁ τοῦ βασιλέως σκοπὸς καὶ διαζεύγνυται τῶν χειροπεδῶν ὁ Ζαδέσπρας. συνεκστρατεύσας οὖν τῷ Φεροχάνῃ, καὶ τοῦ τυραννικοῦ πλησίον γενόμενος οὐ πόρρω τοῦ Ζαβᾶ ποταμοῦ, αὐτομολῶν παραυτίκα ὡς τὸν Βαράμην ἐχώ-
V 199 ρησεν, τὴν ἀντίδοσιν τῆς ἐν εἱρκτῇ κακώσεως ἀντιταλαντεύσας Ὁρμίσδᾳ. τούτου τοίνυν συντετυχηκότος ἤρθη ἐπὶ μέγα ὁ Βαράμ, καραδοκῶν καὶ ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἀντίθετον προσχωρῆσαι στρατείαν. ὁ μὲν Φεροχάνης πρέσβεις πρὸς τὸν Βαράμην ἀπέ-
B στελλε, καὶ ἐζήτει τὴν γνώμην μεταβαλλόμενον ἀνάπαυλαν τῇ τυραννίδι παρέχεσθαι, κατελιπάρει δὲ τοῦτον καὶ δώροις βασιλικοῖς· οὕτω γὰρ προσετέτακτο ὑπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως. ὁ μὲν οὖν οὐκ ἐπρίατο τὴν ἔχθραν, ὁ δὲ μᾶλλον ἐντεῦθεν ἐξωνεῖτο τὸν τύραννον. τὴν τοίνυν διάβασιν προκατειληφότος Φεροχάνου τοῦ Πέρσου, καὶ τοῦ τυραννικοῦ ἐπὶ πολὺ τοῖς τόποις ἐνδιατρίβοντος, τὰ σιτία ἐξέλιπεν. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ παλαμώμενος τὰ τῆς ἐπηρείας κρατύνεσθαι οὐκ ἀναξιολόγῳ σοφίσματι τοὺς ἀντιτεταγμένους ὑπέκλεπτεν. ἐξέπεμπε γὰρ τῇ ἀντιθέτῳ δυνάμει ἀγγέλους διαγορεύοντας ὡς οὐ κατὰ σκοπὸν δρᾷ τὸ ἀντίθετον,
C ὅπλα κατὰ τῶν ἠδικημένων περιβαλλόμενον, ὑπομιμνήσκων τὸ Περσικὸν τῆς Ὁρμίσδου τραχύτητος, τό τε τῶν ἐγχειρημάτων αὐτοῦ χαλεπώτατον, τά τε τῆς δυσσεβείας ἀθέμιτα, παρεδήλου

ab rege datus erat, absolutum expeditionis socium et collegam sibi permittat. Hormisdas quanquam petitionem inique ferens, Pherochane magis magis urgente expugnatur, et Zadespras vinculis levatus cumque illo in expeditionem profectus Varami exercitu haud procul a Zaba flumine conspecto, ad eum, Hormisdae pretium par pro vexatione carceris rependens, fuga transit. ea transitione Varamus elatus animo vehementer etiam totum adversariorum exercitum ad se transiturum confidebat. Pherochanes rogatum obtestatumque mittit ut istam mentem exuens tyrannidi finem imponat, et regia dona, quemadmodum a rege mandatum fuerat, insuper proponit. verum ille inimicum atque hostem placatum efficere nequibat; et hic ista occasione in tyrannide magis obdurabat. quoniam igitur Pherochanes fluminis transitum interceperat et hostes diu in locis illis sedentes annona deficiebat, Varamus maiora semper detrimenta bellica meditans, non incallida et memoratu digna ratione hostium animos subiit. misit quippe monitum, non recte eos facere qui arma contra se iniuria laesum capesserent, et Hormisdae morum saevitiem ipsis in memoriam revocabat. de facinoribus item eius immanissimis, de impietate nefaria, de summa perfidia admonebat, et omnino sce-

τε τούτου τὸ ἀπιστότατον, καὶ ἁπλῶς τῶν ἡμαρτημένων Ὁρμίσδα μέγαν τινὰ καὶ πιθανώτατον κατάλογον συνετάττετο· ἐσαεὶ γὰρ τὸ δυσμενές ἐστι φιλαίτιον, καὶ μικραῖς τισὶν ἀφορμαῖς μεγάλας οἶδε κορυφὰς ἐγκλημάτων τεκταίνεσθαι. ἐπεὶ δὲ τούτων τὰ περὶ τὸν Φεροχάνην ἠκηκόει στρατεύματα, τὴν γνώμην μετέθετο καὶ νεωτερίζειν ἐγλίχετο. καὶ ἀθετεῖ τὸ τιμώμενον, καὶ γεραίρει τὸ κακιζόμενον. καὶ ἦν αὐτοῖς οὐκέτι λοιπὸν τὰ τῆς τυραννίδος ἐγκλήματα, ἀλλ' ὥσπερ ἔννομός τις ἡ ἐγχείρησις, ἀφορμὴν τῶν δρωμένων ἀπολαβοῦσα τὸ δίκαιον. (3) καὶ γοῦν D ὁ Ζοανὰβ (εἷς δ' οὗτος τοῦ Διλιμνιτικοῦ ἔθνους ἡγούμενος), οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Σαράμης ὁ νέος, τὸ τηνικαῦτα μὲν καιροῦ τοῖς δορυφόροις τοῦ στρατηγοῦ καταλεγόμενος, ὕστερον δὲ τῶν τοῦ βασιλέως Χοσρόου σωματοφυλάκων ἐπιστατῶν, ἑτέρας ὀρεγόμε- P 93 νοι λήξεως τῆς τε μεταβολῆς τῶν πραγμάτων λίαν ἐκτόπως γλιχόμενοι συνωμοσίαν διέθεντο, ἐξαπιναίως τε ἐπελθόντες ἀναιροῦσι τὸν Φεροχάνην νυκτός, ἀμύνοντος παντελῶς οὐδενός. οὗ δὴ γεγονότος ἐς ἁρπαγὴν τῶν τοῦ στρατηγοῦ χρημάτων πάντες ἐτράποντο. ἧκε γοῦν πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀγγελία τῷ Περσῶν βασιλεῖ τούτων δὴ τῶν ἔναγχος συμβεβηκότων τῷ στρατηγῷ. καταπλαγεὶς τοιγαροῦν ἐπὶ τῇ τῶν κακῶν ἐπιδόσει Ὁρμίσδας ἀπῆρε τῆς Μηδίας, ἐν ᾗ τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο, καὶ τῇ Κτησιφῶντι προσομιλεῖ. τάς τε περιλοίπους δυνάμεις ἀναλεξάμενος τῆς ἐς αὐτὸν περιφρουρᾶς διετίθετο, ὡς ἐνῆν, τὴν φροντίδα. οἱ δὲ B τῶν βασιλείων οἰκήτορες ἀστέων τούτων δὴ τῶν πεπραγμένων ἐν

3. τὸ deest IP.

lerum ipsius longum veroque maxime consentaneum catalogum contexebat. malevolentia enim semper querula est, et ex occasionibus parvis magnas accusationum moles construere consuevit. haec ubi Pherochanis exercitus audivit, mutato consilio res novas incipit; quodque honorem meretur, id reiicit et vilipendit, quod vituperationem, id amplectitur et veneratur; nec iam tyrannidem in crimen vocat, sed pro molimine legitimo ducit, quae iustitiam pro rerum agendarum occasione arripiat. (3) igitur Zoanab e ducibus Dilimnitarum, itemque Sarames iunior, qui tum in satellitibus Pherochanis numerabatur et postea Chosroae satellitum praefecturam obtinuit, alius sortis appetentes novique rerum status percupidi, conspirationem ineunt, ac de nocte Pherochanem omni defensione nudatum repente adorti obtruncant; moxque ad eius supellectilem agendam ferendamque omnes convertuntur. caedis huius nuntius die quinto ad regem perfertur, qui hoc malo ad caetera nuper addito consternatus e Perside, ubi habitabat, Ctesiphontem petit, collectoque quidquid militum supererat, custodiam sui, ut dabatur, instituit. indi-

γνώσει γενόμενοι τὰς ψυχὰς ἐξεπλήττοντο, καὶ τῷ νεωτερισμῷ τῶν πραγμάτων ἐς τὰ μάλιστα τεθηπότες οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ δράσωσιν· οἶδε γὰρ παράδοξον ἄκουσμα θολὸν ταῖς ψυχαῖς ἐξεργάζεσθαι, καὶ τῇ ἀθρόᾳ ἐνδημίᾳ ταῖς ἀκοαῖς ἐνιέμενον ἅπασαν ἀνατροπὴν λογισμῶν ἐμπορεύεσθαι. ἡμέρα δὲ τρίτη, καὶ Βινδόην τὸν δέσμιον, τὸν Ἀσπαβέδου μὲν υἱόν, πρὸς γένος δὲ συνημμένον Χοσρόῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ, ἐν χειροπέδαις τὴν εἱρκτὴν ἐνοικοῦντα καὶ ὑπὸ Ὁρμίσδου εἰκῇ ποινηλατούμενον ὁ Βεστάμ, ὃς ἀδελφὸς τούτου ἐτύγχανεν ὤν, τῆς φρουρᾶς ὑπεξῆγεν,
C ὑπόντος οὐδενὸς τοῦ κωλύοντος. ἐπεὶ δὲ γαλήνη τῶν ἀτυχημάτων γέγονε τῷ Βινδόῃ, πλῆθος ἐκ τῶν περὶ τῶν Φεροχάνην εἰσβάλλει πρὸς τὰ βασίλεια τρίτῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας, καὶ ἐντυγχάνει
V 200 Ὁρμίσδᾳ. οὗτος δὲ τὸν βασίλειον θρόνον περιεκάθητο, ἐσθὴς δ' αὐτῷ τύραννος ὁμοῦ καὶ βαρύτιμος, ἥ τε τιάρα χρυσῆ τε καὶ λιθοκόλλητος, ἐνέρσει ἀνθράκων ἀπολάμπουσα τῇ λαμπρότητι. περιερρεῖτο δ' αὐτῇ καὶ ὁ μαργαρίτης εἰς τὸ δαψιλὲς τό τε κράνος καταυγαζόμενος, τήν τε σμαραγδόχλοον ὥραν ἐκύμαινεν, ὡς μικροῦ δεῖν συναπολιθοῦσθαι τὸν θεατὴν ὀφθαλμὸν τῷ ἀκο-
D ρέστῳ τῆς καταπλήξεως. ἀναξυρίδες δ' αὐτῷ χρυσοποίκιλοι, ἔργον ὑφάντου χειρὸς μέγα τιμίας. καὶ τοσαύτην εἶχεν ἡ στολὴ τὴν τρυφὴν ὁπόσην ἐβούλετο ἡ τῆς σοβαρότητος ἔφεσις. ἤρετο οὖν ὁ βασιλεὺς Βινδόην ὅπως τε αὐτῷ ἡ τῆς φρουρᾶς ἀπήντησεν ἀναχώρησις, τά τε τῆς τόλμης κινήματα, τῆς τε περιπόλου δυ-

20. μεγάλης IP.

genae porro urbium regiarum his intellectis percelli, et novitate rerum attonitis animis quid sperent non habere. solet enim inexpectata auditio commovere mentem, et tota simul auribus infusa cogitationes omnes disturbare atque evertere. tertia luce Bindoem Aspabedi filium, Chosroae Persarum regi propinquitate iunctum, quem Hormisdas inconsulto poenae subdiderat et in carcerem compacto brachia vinculis astrinxerat, Bestamius frater eius nemine prohibente subducit. ubi ex rebus turbidis Bindoi serena tempestas est reddita, Pherochanis agmen hora diei tertia in regiam impetu facto in Hormisdam irruit. sedebat is in solio regali, veste regia et pretiosa coopertus. caput velabat tiara ex auro, gemmis distincta et insertorum splendore carbunculorum rutilans et unionibus florens largiter, qui et ipsam illustrabant et smaragdini viroris pulcritudinem candore suo perfundebant, ut propemodum ipsi quoque spectantium oculi prae insaturabili pretiosissimorum lapidum stupore collapidescerent. femoralia sumptuosa auri subtemine picturata cernebantur. tunica tam luxuriose delicata erat quam fastui ac superbiae collibuerat. percunctabatur itaque Bindoem rex, quinam e carcere evasisset; unde illi tanta audacia tamque subiti stipatorum greges. ille probris et maledictis regem coram liberrime et uberrime conscindere, quod

νάμεως τί ἂν εἴη τὸ αὐτοσχέδιον. ὁ δ᾽ εἰς εὐήκοον τοῦ βασιλέως ἐλοιδόρει τε καὶ ἐβλασφήμει ἐς τὸν Ὁρμίσδαν, οὐκ ἐχούσης τὸ λοιπὸν πύλην τῆς γλώττης διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀκοσμίας παρρησίαν ἀκίνδυνον. μηδενὸς τοίνυν κατασυρίττοντος Βινδόου, ἢ ὑπόντος τοῦ ἐπιπλήττοντος φειδοῖ τῆς βασιλικῆς τιμιότητος, ἤρετο τοὺς ἐν ἀξίᾳ τελοῦντας Ὁρμίσδας εἰ τούτοις ἥδεται τὸ παρεστηκός. πάντων δὲ καταβοώντων Ὁρμίσδου, ὁ Βινδόης ἑλόμενος τῆς χειρὸς τὸν Ὁρμίσδαν ἐξανιστᾷ τοῦ θρόνου, ἀπεγύμνου τε τὴν κεφαλὴν τοῦ διαδήματος, καὶ τοῖς σωματοφύλαξιν ἐς φρουρὰν παρεδίδου. καὶ οὕτως τῆς τύχης τῆς περὶ τὸν Βινδόην ἀντιμεταβαινούσης ὁ Ὁρμίσδας ἐξ ὧν ἔδρασεν ἔπασχε, μαθὼν ὡς P 94 οὐ δεῖ λυμαίνεσθαι τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντας. ὁ δὲ τούτου παῖς ὁ Χοσρόης καθαιρεθέντα τῆς βασιλείας τὸν Ὁρμίσδαν ἀκηκοώς, τοὺς ἠθάδας χώρους ἀπολιπὼν ἐπὶ τὸ Ἀδραβιγάνον τὴν ἀπόδρασιν ἐπεποίητο δέει τῶν συμβεβηκότων Ὁρμίσδᾳ κινδύνων, ὑποτοπάσας μή πού γε καὶ ἐς αὐτὸν τὰ τῆς συμφορᾶς σχοίη διάβασιν. ὁ μὲν οὖν Βινδόης ἰχνηλατεῖ τὰ τοῦ Χοσρόου κινήματα· ἐπεὶ δ᾽ ἀνερευνωμένῳ κατὰ νοῦν ἐχώρει τούτῳ τὰ πράγματα τοῦ τε Χοσρόου γέγονε κάτοχος, ἠξίου ἐπαναζεῦξαι τὸν βασίλειον θρόνον B ληψόμενον. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης ἐνέχυρον ὅρκου λαβὼν τῆς πιστώσεως ἐπανῆκεν ἐς τὰ βασίλεια. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ Ὁρμίσδας ἄγγελον ἐκ τῆς φρουρᾶς ἀποστειλάμενος παρεδήλου ὡς ἐθέλοι τὰ συνοίσοντα λέξειν τῇ Περσῶν πολιτείᾳ, τούς τε σατράπας ἠξίου ὡς αὐτὸν παραγενέσθαι καὶ τοὺς ἐν ἀξίαις τελοῦντας καὶ ὑπεροχαῖς, τούς τε τοῦ βασιλέως σωματοφύλακας ἅπαντας· μηδὲ γὰρ

20. an ὅρκους?

perturbatus rerum status tutam ei licentiam largiebatur. quem quia nemo interpellabat aut verbis castigabat pro tuenda regali excellentia, Hormisdas magistratus interrogat num qui astarent haec libenter audirent. illico omnium clamore coorto Bindoes eum a throno abstrahit, et ablata a capite tiara satellitibus in custodiam abducendum committit. sic afflicta Bindois fortuna vicissim ad alium migrante, Hormisdas facta sua luit, discitque non esse lacessendos, qui iniuriarum ipsi nihil fecerint. Chosroes filius, parentem regno motum accipiens, cum timeret, ne se quoque paterna calamitas involveret, e locis ubi habitare consueverat, Adrabiganum fugit: fugientem Bindoes sequitur. sed ubi secum de republica diligentius cogitavit, cumque est adeptus, ut in paterno solio collocando revertendum illi censuit. qui fide cum sacramento data pignori accepta, in regnum se recepit. postridie Hormisdas e carcere mittit, cupere se Persarum communi suadere salutaria, oratque uti satrapae, et qui fungantur honoribus, quique in altiore gradu sint, cu-

περὶ μικρὰν τῶν λόγων ὑπεῖναι αὐτῷ τὴν ὑπόθεσιν. τούτων τοιγαροῦν διαγγελθέντων τοῖς ἐξέχουσι τῶν βαρβάρων, ἐκκλησία πρὸς τὰ βασίλεια γίνεται. ὑπεξάγεται δὲ τῆς φρουρᾶς καὶ ὁ Ὁρμίσδας, ὅπως τοῖς ἐπηγγελμένοις αὐτῷ πέρας προθήσοιτο. τοῦ τοίνυν ξυλλόγου συγκεκροτημένου πρὸς τὰ ἀνάκτορα, Ὁρμίσδας ἐς μέσον ἑστὼς τῶνδε τῶν λόγων ἀπήρξατο.

C 4. "Ἄνδρες θεαταί, ἀλλ' εἴθε μὴ βασιλικῶν ἀτυχημάτων δημιουργοί μοι γεγόνατε· οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ἐκληρώσασθε βασιλέα δημηγόρον ἅμα καὶ δέσμιον. ἄνδρες νυνὶ μὲν γαῦροι πολέμιοι, τὸ δὲ πρότερον ὑπήκοοι καὶ μετὰ δέους πειθήνιοι. ἄνδρες θεαταί, ἀλλ' εἴθε μὴ τηλικούτων κακῶν προήλθετε σήμερον ὑπηρέται καὶ μάρτυρες. εἰ συγχωρήσοι τὸ δάκρυον, φωνὴν ἀφήσω προξενοῦσαν αὖθις τὸ δάκρυον· ὁρῶ γὰρ ὑμᾶς ἐπεντρυφῶντας τοῖς ἀδικήμασι καὶ κροτοῦντας τὼ χεῖρε, τοῖς ὀδοῦσι δὲ D τετριγότας, τοῖς δὲ προσώποις μυκτηριζομένους ὁμοῦ καὶ φενακίζοντας, ἐκχύτους τῷ γέλωτι, ἀσχέτους τοῖς ὀνειδίσμασι, καὶ εἰ μὴ σφάλλομαι, παιγνίων ὑπόθεσιν ἔχοντας βασιλείας νόμον αἰδέσιμον. πάρεστιν γὰρ ὑμῖν ἐν μέσῳ προκείμενος ὁ πρὸ μικροῦ καθάπερ θεὸς προσκυνούμενος αἰχμάλωτος ὑπὸ τῶν πολλῶν ῥαπιζόμενος, ὁ ταῖς ἁλουργίσι περιρρεόμενος νῦν σεσηπότα ῥάκη V 201 περιβαλλόμενος, ὁ θρύψει χρυσοῦ καὶ μαργαρίτου κατακοσμούμενος νῦν σχοίνῳ σιδηροτεύκτῳ ταλαιπωρούμενός τε καὶ P 95 κακουχούμενος, ὁ τὰς τρίχας εὐθετιζόμενος καὶ τοῖς μύροις καταπνεό-

stodes etiam regii universi ad se conveniant: non enim de re parvi momenti verba facturum. haec ubi barbarorum principibus nuntiata sunt, conventus fit in regiam, educitur e custodia Hormisdas, promissa praestiturus. coetu igitur in palatium coacto, stans in medio, sic est profatus.

4. "Viri spectatores (utinam vero mihi regi vestro harum calamitatum non etiam architecti fuissetis, sic enim regem concionatorem, et eundem vinctum non habuissetis.) viri, nunc superbi hostes, paulo ante subditi, et non sine timore obedientes. viri spectatores (utinam vero tantorum malorum etiam auctores mihi, atque testes hodie non essetis) nisi vocem lacrimae intercludant, vocem mittam, quae rursum provocet lacrimas. video enim vobis nihil esse iucundius, quam iniuste laedere, et plaudere manibus, et frendere dentibus, et subsannare simul ac ludificari, et effuse irridere, et impotenter maledicere: ac, nisi fallor, pro lusu puerili veneranda regni legitima ducere. adest enim nunc in medio vestrum captivus, et ab infimis fuste mactatus, qui paulo ante tanquam deus adorabatur. qui purpura induebatur, nunc pannis putrescentibus tegitur. qui auro et margaritis in deliciis collucebat, modo in catena ferrea aerumnam exigit. qui capillum scite eleganterque componebat, et

μενος νῦν αἴσχιστως σκληραγωγούμενος καὶ τῷ ῥύπῳ καὶ τῇ κόνει τῇ τε λήμῃ τῶν ὀμμάτων καὶ τῇ συμπλοκῇ τῶν βοστρύχων κατηγριώμενος τὴν πρόσοψιν, ὁ τοῖς μυρίοις γένεσι τῶν ἐδεσμάτων κολακευόμενος νῦν ἀπόσιτος καὶ μικροῦ δεῖν καὶ τῶν τυχόντων σπανιζόμενος ἄρτων, ὁ τοῖς χρυσοφόροις θαλάμοις ἐνδιαιτώμενος κλίναις τε χρυσαῖς ἐμβλακευόμενος καὶ σισύραις λαμπραῖς ἐντρυφῶν καὶ ἐφεστρίσι μεγαλοπρεπέσιν ἐγκαλινδούμενος νῦν ἐν εἱρκτῇ στενοχωρούμενος καὶ πρὸς τοὔδαφος κατερριμμένος, μήτε λείψανα εὐτελῶν ἀμφιασμάτων περιφερόμενος. ὁρῶ δὲ καὶ τῶν προπατόρων τὸ κλέος προπηλακιζόμενον σήμερον ἐξ ὧν εἰς ἡμᾶς B ἀνοσιουργοῦντες ἐδράσατε, οὓς ἐχρῆν ἀθανάτων τιμαῖς θεραπεύεσθαι ἐκ τῆς περὶ τοὺς ἀπογόνους ἰσοθέου δορυφορίας προσαγομένης ὁσημέραι. ἐπεὶ δὲ καὶ φύσεως παρ' ὑμῖν θεσμὸς ἀνατέτραπται καὶ νόμοι κράτους ἠθέτηνται καὶ τάξις μοναρχίας καταπεπάτηται καὶ δίκης ἠφάνισται πρυτανεύματα καὶ ἀντίδοσις τῶν βεβιωμένων φροῦδος καθέστηκεν, οὐκ ἐπιλήσομαι τῆς βασιλικῆς ἀρετῆς, ἀλλ' εὐνοίᾳ τῆς τοῦ γένους συστάσεως τὰ συνοίσοντα τῇ Περσῶν πολιτείᾳ διέξειμι. ἄνδρες σατράπαι, καὶ ὅσοι περὶ τὸν βασίλειον τουτονὶ συνηθροίσθητε χῶρον, κοινὰ κατὰ C τῆς τυραννίδος στρατολογήσατε δόγματα, μὴ περιορῶντες ἐς τὸ λοιπὸν ἐπηρεάζεσθαι βασιλείαν ὑπερφυᾶ τε καὶ δυνατωτάτην, πρεσβῦτιδά τε καὶ φοβερωτάτην τοῖς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦσιν ἀν-

unguenta spirabat, nunc tractatur foedissime et durissime, sordibusque ac pulvere, et oculis lacrimarum ac pituitae profluentia pene concretis, et implicatione crinium totus horridus et efferatus redditur. qui mille ferculorum generibus fovebatur, nunc victu caret et tantum non cibario pane eget. qui in thalamis versabatur inauratis et in lectis iacebat aureis molliter, gaudebatque stragulis fulgentibus, et enervabatur in sumptuosis amiculis, nunc in carcere coartatur, humi cubat, nec illi saltem vilium vestimentorum frusta ad velandum corpus suppeditant. quin etiam maiorum meorum decus et gloriam hodie per ea, quae in nos impie designastis, contumeliose despici video, quos honoribus colere sempiternis oportebat, ut eorum nepotibus quotidiana et augusta satellitum atque custodum praesidia constitueretis. sed quanquam apud vos et naturae ius eversum est, et potestas legum nihil valet, et status monarchiae sub pedes subiectus et iustitiae profligata administratio et rerum in vita bene gestarum relegata remuneratio, non obliviscar tamen virtutis regiae, sed benevolentia et amore erga Persici generis universitatem impulsus, quae communiter in rem fore intelligo, iam nunc explicabo. viri principes, et quotquot in hanc domum regiam pedem attulistis, communia adversus tyrannidem decreta sancite, nec regnum longe nobilissimum, potentissimum, vetustissimum, totique terrarum orbi in primis formidabile ullis de caetero damnis et incommodis vexari sustinete. alioqui principatum eximium destructis, multorum triumphorum monumenta con-

θρώποις. εἰ δὲ μή, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσητε, καὶ πολλῶν τροπαίων ὑπόθεσιν ἀνατρέψητε, καὶ μεγίστης δόξης ἀκρώρειαν καταβάλητε, μοναρχίαν τε δυσκαταγώνιστον διαρρήξητε, κἀντεῦθεν τῆς εὐδαιμονίας στερηθήσεσθε Πέρσαι, τῆς ἐξουσίας ἀναιρεθείσης ὑμῖν, τῶν περὶ τῆς βασιλείας νόμων ἀθετηθέντων διὰ τὸ τύραννον. ἀταξίας γὰρ στάσις πέφυκε πρόοδος, τὸ δ' D ἄτακτον ἄναρχον, ἀναρχία δὲ λύσεως ἀφορμή, ἐκ τυραννίδος λαχοῦσα τὴν γένεσιν. αὕτη τὴν πολυαρχίαν ὠδίνουσα τὰ προϋπηργμένα καλῶς κακῶς διατίθησι, καὶ τῷ ἀνωμάλῳ τοῦ κράτους τῷ τε ἀσυμφώνῳ τῆς στάσεως τὸ ἑνιαῖον καὶ σύντονον τῆς ἀρχῆς διαλύσασα πάντα πάσχειν ἢ δρᾶν τοὺς φιλοτυράννους ἠνάγκασε. βασιλείας γὰρ σκάφος πολλοῖς τοῖς πηδαλίοις οἰακιζόμενον μικρά τις σπιλάδος ἐπιδρομὴ κατεβάπτισε, περισχιζομένης τῆς κυβερνήσεως πρὸς τὰς τῶν πολλῶν ἀντιθέτους ἐπιβολάς, ἄλλοτε ἄλλου P 96 πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἐπειγομένου κυβερνᾶν τὸ ἀκάτιον. οὐκοῦν εἰ μὴ τοὺς τυράννους ἀπολικμήσετε, τὴν βασιλείαν δουλαγωγήσετε καὶ παίγνιον τοῖς ἔθνεσιν ἔσεσθε, τῷ ἀσυμφώνῳ τῆς τοῦ βίου διαγωγῆς κατακληρωσάμενοι τὸ εὐάλωτον. ἔτι Βαρὰμ ἐν ποσίν, ἔτι τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται, ἔτι τῆς ὕβρεως ἔχεται, στρατεύσας κατὰ τῆς Περσίδος τὴν μάχαιραν. τεθνάτω παρανάλωμα θηρίων γενόμενος. μὴ τιμάσθω ὁ τούτου νεκρὸς τῇ ταφῇ, ἵνα μὴ ταῖς λαγόσι τῆς γῆς σηπεδόνα ψυχῆς βδελυρᾶς

9. τῷ deest IP.

velletis, et amplissimae gloriae altissimum fastigium deiicietis, monarchiamque pene invictam dissipabitis. hinc adeo felicitatem vestram amittetis, cum per tyrannum legibus de regno abrogatis potestatem in posterum nullam obtinebitis. seditio enim est ad confusionem et tumultum via. ubi confusio, ibi contumacia et imperii detrectatio. detrectare autem imperium, et nolle agnoscere dominum, rerum labefactationem producit, a tyrannide sumpto principio, quae ipsa multorum dominationem pariens bene habentia corrumpit, et imperii inaequabilitate seditionisque discordia unitatem et continuum perpetuumque tenorem principatus dissolvens tyrannidem arripientes omnia facere aut pati compellit. navim quippe regni multis gubernaculis gubernatam saxum aliquod non magnum e mari prominens occursu suo fractam demergit, divisa gubernatione ac propter multorum oppositos inter se flexus alio aliter, pro suo scopo, in eius rectionem animum intendente. quocirca nisi tyrannos contriveritis, servitute regnum mutabitis et gentibus ludibrio eritis, cum vos propter dissimilia vitae instituta subactu faciles praebebitis. adhuc Varamus ante pedes est; adhuc armis lascivit; adhuc districto in Persidem gladio male facere perseverat. moriatur ac belluis devorandus obiiciatur. ne sepulcro honestetur, ne in viscera terrae detestabilis animae

κατασπείρητε. ἀπογυμνούσθω τὴν κεφαλὴν καὶ Χοσρόης τοῦ
διαδήματος. οὐκ ἔστι βασιλικὸς τὴν ψυχήν, οὐκ ἀρχικῇ διανοίᾳ B
κεκόσμηται, οὐκ ἐξουσιαστικὸν τούτου τὸ φρόνημα. ἀκάθεκτός
ἐστι ταῖς ὁρμαῖς, λυσσώδης πέφυκε τὸν θυμόν, ἀφιλάνθρωπον
αὐτῷ περικέχυται βλέμμα, οὐκ οἶδε νόμοις προνοίας σεμνύνεσθαι,
τὸν τρόπον ἐστὶν ἀγέρωχος, τὴν ὄρεξιν φιλήδονος πέφυκε, πάντα
δεύτερα τίθεται τοῦ βουλήματος, οὐ καραδοκεῖ τὸ συνοῖσον,
τὴν εὐβουλίαν οὐκ ἐναγκαλίζεται, τὸ φιλότιμον ἀποπέμπεται, τῇ
φιλοχρηματίᾳ προσπλέκεται, φίλερις ὢν καὶ φιλοπόλεμος καὶ τῆς
εἰρήνης ἀνόρεκτος. χειροτονήσω δὲ τῷ λόγῳ βασιλέα σήμερον
ὑμῖν τὸ μειράκιον, ὃς παῖς ἐμὸς πέφυκεν ἀγαθός, ἀδελφὸς Χοσ- C
ρόου τὴν φύσιν, ἀλλ' οὐκ ἀδελφὸς τὴν προαίρεσιν. ἢ οὐκ εἰς V 202
μέγα τὰ Περσῶν περιήγαγον τάξεως, τῷ τῆς μεγαλοφροσύνης
οἴακι τὸ Βαβυλώνιον διιθύνων πολίτευμα; βάσανος δὲ τῶν λό-
γων Τοῦρκοι φορολογούμενοι, οἱ Διλιμνῖται καταθέντες κατὰ
τῶν ὅπλων τοὺς αὐχένας ἡμῖν, Ῥωμαῖοι πόλεις ἐπιφανεῖς ἀποβαλ-
λόμενοι καὶ τὰς δευτέρας τύχας τῇ ἐκπτώσει τῶν πρώτων δα-
κρύοντες. ταῦτα μὲν ἐγὼ ὁ πάντα δράσας καὶ πεπονθὼς διὰ τὸ
τῆς τύχης εὐμετάβολόν τε καὶ ἄστατον. ὑμῖν δὲ ἐν ἐξουσίᾳ τὸ
ἔχεσθαι τὴν τοῦ συνοίσοντος ἔφεσιν, ἢ καταμελήσαντας τοῦ κα-
λοῦ τὰς δευτέρας φροντίδας ἀποδοκιμάζειν, καὶ τῷ μεταμέλῳ D

15. μετὰ interpres. 20. καταμελετήσαντας IP.

putidum cadaver condatur, et Chosroae caput ne cingatur diademate. non est in eo regius animus, non ingenium principe dignum, non imperatorii spiritus. cupiditatum est incontinens, ira et rabie furit; truculento est aspectu, ad providentiae praescriptum graviter se gerere nescit, moribus superbus, in voluptates praeceps, voluntatem suam rebus omnibus anteponit; quod profuturum videatur, non expectat; consilia bona non amplectitur, laudis et honoris studium aversatur. avaritiae est implicitus, litigiosus, belli cupidus, pacis inimicus. decernam autem verbo vobis regem hodie adolescentem, eundem filium meum, praestabili probitate praeditum, qui cum sit natura Chosroae frater, non est frater etiam studiis ac voluntate. an vero ego cum magnitudine animi regnum Persicum administrans bello magna non gessi? vera me loqui testes sunt Turcae, qui nunc tributa nobis pendunt. testes Dilimnitae, qui cum armis cervices quoque nobis submiserunt. testes Romani, qui praeclaris urbibus amissis felicem sortem in adversam sibi conversam lamentantur. haec ego sentio, qui propter fortunae mutabilitatem inconstantiamque feci et passus sum omnia. in vestro situm est arbitrio id expetere quod cum rei publicae emolumento coniunctum existimabitis, aut neglecta utilitate secundas curas meas reiicere, et peccati poeniten-

τῶν ἡμαρτημένων πρὸς τὰ ἐν ποσὶν ὅ τι καὶ πράξετε διηπορηκότας ὀδύρεσθαι."

5. Ὅτε τοίνυν ἀπέρρει Ὁρμίσδᾳ τὰ τῆς διαλέξεως νουθετήματα, Βινδόης ὁ Πέρσης βρασματώδη συστησάμενος γέλωτα ἀπεσκοράκιζεν Ὁρμίσδου τοῦ διαλόγου τὴν ἔκθεσιν, ἐς μέσον δὲ ἀνιστάμενος τάδε που τῷ ξυλλόγῳ παρέθετο.

μοναδικὸν τὸν ὑπὸ σελήνην κόσμον δουλαγωγεῖν κατωρέγετο.
ἀλλὰ τούτου θᾶττον ἀπέσβη μετὰ τῆς ἐξουσίας ἡ ὄρεξις, καὶ
πρὸς τὴν πολυτύραννον ὡς ἔπος εἰπεῖν ἡγεμονίαν διαιρούμενα
πάλιν προσεχώρει τὰ πράγματα· οὐ πέφυκε γὰρ συμφύεσθαι
τοῖς ἀσυμφώνοις ποτὲ τὸ ὁμόλογον. εἰς τί τοιγαροῦν εὐδαιμο-
νίας Ῥωμαίων περισταίη τὰ πράγματα, Περσῶν μὲν καθαιρου- P 109
μένων δυνάμεως, ἑτέρῳ δὲ παραπεμπόντων φῦλα τῷ τυράννῳ;
εὐδοξίας δὲ τίνα χαρακτῆρα τὸ Ῥωμαϊκὸν περιβάλλοιτο γένος,
ἱκέτην ἀπαναινόμενον βασιλέα τῶν ἁπάντων γῆς ἐπιφανέστατόν
τε καὶ ἀλκιμώτατον; ἢ ποίαν εὐσεβείας ἀκρόπολιν ἕξετε, τοὺς
ἠτυχηκότας ἐξουθενήσαντες; πότε δέ, βασιλεῦ, τοὺς ὑπὲρ δι-
καιοσύνης ἀγῶνας ἀράμενος ὅπλα κινήσεις πρὸς πόλεμον, ταύ-
της που χηρεύων τῆς ὑποθέσεως; πότε δέ σοι τὸ τῆς θρησκείας
κάλλος ὡραϊσθήσεται, εἰ μή γε ἐν τῷ παρόντι καιρῷ; νῦν ἢ
τοῖς πράγμασι τὴν προσηγορίαν κυρώσατε, ἢ τοῖς ἀδικήμασι
τῆς κλήσεως τὴν ψευδωνυμίαν κληρώσησθε. τί δὲ δείξεις τούτου
βασιλικώτερον παρὰ πάντα τὸν τῆς σῆς ἡγεμονίας καιρόν; τοιάδε B
τίς ἄλλη τοῖς Ῥωμαίοις μεγαλαυχημάτων ἀφορμὴ κατασταίη; τί

hebat, sceptra Persica sibi asserebat, Indiae regna appetebat, Africae iugi sui minas intentabat, et imperium eo usque proferre nitebatur, quousque spirabilis haec natura diffunditur et solis oculi coruscam radiorum lucem proiiciunt. ad unicum et singularem dominum totum infra lunam imperium redigere concupiscebat. verum cito evanuit eius cum potestate desideratio, et in multos dominatus, ut uno verbo dicam, res divisae rursum concesserunt: nam quod consentaneum est, cum dissentaneis coalescere et coagmentari nunquam solet. Persis igitur potentia sua spoliatis et alteri tyranno nationes suas permittentibus, quam, quaeso, felicitatem consequetur Romana res publica? quam autem gloriae celebritatem Romanum genus inveniet, si regem omnium orbis regum et clarissimum et fortissimum sibi supplicantem reiecerit? aut ad quam arcem pietatis confugietis, si infortunatos ac miseros despexeritis? quando tandem, imperator, susceptis pro iustitia certaminibus arma ad pugnam movebis, si occasione modo non uteris? quando religionis decus novo decore cumulabis, si hoc tempus praetermiseris? nunc aut inclitum nomen vestrum re ipsa ratum facietis et confirmabitis, aut iniuste factis falsum vos nomen praeferre ostendetis. iam vero quod hoc tempore magis imperatorium tempus per omne imperii tui spatium habere poteris? quaenam huic par gloriandi materia Romanis unquam dabitur? tibi au-

δέ σοι, βασιλεῦ, τῆς σῆς ἐπιεικείας ἐνέχυρον ἔσται τοῖς ἔθνεσι τούτου σεμνότερον; νῦν ἀρύσῃ διὰ μικρᾶς συμμαχίας τὴν εἰρήνην ἀθάνατον, καὶ ἃ τοῖς μυρίοις ἀγῶσι τῷ τε τῶν φροντίδων ἀπείρῳ καὶ τῷ ἐκχύτῳ τῆς τῶν χρημάτων καταβολῆς Ῥωμαίοις μήπου κατείργασται, νῦν διὰ ψυχῆς ἀρετήν, ὑπὸ μὲν τοῦ καιροῦ ζητουμένην, οἰκονομουμένην δὲ βασιλικῶς, ἀπραγματεύτως ἀποίσῃ, καὶ καρπώσῃ τὴν ἀλύπην ἠρεμίαν πόνων ἐκτός· οὗ τί ἂν γένοιτο Ῥωμαίοις λυσιτελέστερον; μηδέν τι τῆς Ὁρμίσδου κακίας τὴν σὴν κατοικείτω καρδίαν. ἔμαθεν, ἐξ ὧν ἔπαθε, C μὴ τὴν εἰρήνην βδελύττεσθαι. οὐκ ἔστι Χοσρόης τῶν πατρῴων ἀδικημάτων διάδοχος· οὐ κληρονομοῦσι μετὰ τῆς οὐσίας οἱ παῖδες καὶ τῆς πατρῴας πάντως που προαιρέσεως. ἐκεῖνος δυσμενής, οὗτος νῦν εὐμενής, οὐσιωμένην αὐτῷ τὴν σὴν εὐεργεσίαν περιαγόμενος, ἧς ἀμνημονεῖν αἰσχυνθήσεται, πολλοὺς τῆς εὐσεβείας κεκτημένος τοὺς μάρτυρας. μὴ κρατείτωσαν τύραννοι, ἵνα μὴ καθέξῃς τὸ παράδειγμα. ἢ οὐχὶ τὸ κακὸν τοῖς πολλοῖς ἐστὶ περίζηλον, καὶ πρὸς τὰς τῶν χειρόνων ἐφέσεις ἡ τῶν ἀνθρώπων καθέστηκε φύσις, δυσανάγωγον πρὸς τὸ κρεῖττον τὴν ὁρμὴν D κεκτημένη; ἀκηκόαμεν καὶ τὸν τύραννον πρέσβεις ὡς ὑμᾶς διαπέμψασθαι, ἕξειν κοινωνὸν ἀξιῶντα τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα τοῦ πλημμελήματος, νεωτερίσαι τε δεσπότην μετὰ δραπέτου μονονουχὶ σοφιζόμενον. οὗ τί ἂν γένοιτο Ῥωμαίοις ἀδοξότερόν τε καὶ ἀπευκτότερον; ποίαν δέ σοι πίστεως κρηπῖδα ὑποστηρίσει ταῖς

tem quodnam pignus aequitatis ac bonitatis tuae apud omnes gentes hoc uno esse queat augustius? nunc si opem modicam tuleris, aeternam pacem redimes; quaeque mille praeliis, curis infinitis, profusa innumerabili pecunia nondum a Romanis effecta sunt, ea nunc per animi tui virtutem ab alienis temporibus requisitam et abs te pro dignitate imperatoria impensam ac dispensatam nullo negotio assequere, quieteque omni moerore soluta citra laborem perfruere. quo quid Romanis utilius accidere possit? ne quid mens tua Hormisdae improbitatem in filio reformidet? docuerunt eum mala sua pacem non aversari. non est scelerum patris sui successor Chosroes: neutiquam enim cum facultatibus etiam institutorum paternorum hereditas ad filios pervenit. ille malevolus, hic benevolus, tuam beneficentiam pro divitiis ac fortunis suis circumferens; cuius memoriam deponere, cum pietatis erga se tuae testes adeo multos habeat, erubescet. ne dominentur tyranni; ne quo modo exemplum proponas, multi siquidem malum facile aemulantur, et propter deteriorum appetitiones natura humana ad meliora difficile impellitur. audivimus et tyrannum legatos ad vos misisse, et innocentem delicti sui socium facere voluisse, dominumque cum fugitivo pariter res novas molitum nequiter docere conatum quodammodo; qua auditione nihil Romanis indignius aut fugiendum magis. quale porro fidei suae apud te funda-

ὑποσχέσεσιν ὁ μεγίστης ἀγνωμοσύνης ἔχων ὑπόθεσιν καὶ κατὰ
τῶν εὐεργετησάντων συστησάμενος φάλαγγα, ὁ πᾶσαν ἰδέαν κα-
κίας περιβαλόμενος, ἵνα δεσπότην μηδὲν ἠδικηκότα βασιλείας
καθέλῃ; οὐ πέφυκε κακίας ὑπόθεσις φιλίας διασώζειν ὑπόσχεσιν.
ἀφιλόσοφος ἔναρξις καὶ τὸ πέρας ἕξει πάντως ἀσύμφορον· τοῖς P 110
σπέρμασι γὰρ ἡ βλάστησις οὐκ ἐναντίαν ἔχει τὴν πρόοδον. δώ-
ροις ἀγκιστρεύειν τὸ μὴ δίκαιον ἴσως ὁ Βαρὰμ ἐγχειρήσειεν· ἀλλὰ
κακῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα ἤκουσά του λέγοντος τῶν παρ' V 212
ὑμῖν ἐπὶ κομψείᾳ σοφῶν. οὐκ οἶδε παροινίας μισθὸς καρπίζε-
σθαι τὴν ἀπόλαυσιν, οὐκ οἶδε κέρδος ἀδικίας φυόμενον αὔλαξιν
ἀμεταμέλητον ἔχειν γεώργημα. πρὶν γὰρ ἡδῦναι, λυπεῖ, καὶ
πρὶν περιθέλξαι, πρὸς ἀνίαν ἐκκλίνει· ἐξεχώρησε γὰρ τῶν ἐρα-
στῶν προσαφαιρούμενα καὶ ἃ μὴ κακῶς τις ἐκτήσατο. ἡμεῖς δὲ B
τὴν Μαρτύρων πόλιν ἀνταποδώσομεν, τό τε Δάρας προῖκα
παρέξομεν, τόν τε πόλεμον ταφῇ καθιδρύσομεν, ἀπόμισθοι τὴν
εἰρήνην οἰκοδομήσαντες, τῇ τε Ἀρμενίᾳ χαίρειν εἰπόντες, δι'
ἣν ὁ πόλεμος τὴν παρρησίαν δυστυχῶς τοῖς ἀνθρώποις ηὐτύχησε.
καὶ εἰ μὴ τῆς ἀνάγκης ἐπάξια τὰ δωρήματα πέφυκεν, ἀλλ' οὖν
τοῦτο κάλλιστόν ἐστιν ἡμῖν, τὸ μέτρῳ φιλοσοφεῖν τὴν ὑπόσχε-
σιν, ἢ μεγάλαις ἐπαγγελίαις τὴν ἀκοὴν ἐκλιπάναντας τῷ ἀτελε-
σιουργήτῳ τοῦ συμπεράσματος ἀθάνατον τὴν διαβολὴν ἐπιφέ-
ρεσθαι, μεγάλας κακῶν ἀφορμὰς τῇ τῆς εἰρήνης ἐσύστερον εὐε- C
ξίᾳ κακῶς θησαυρίσαντας. ἱκανῶς ὑπὲρ τοῦ συνοίσοντος Ῥω-

mentum promissis substruxerit, qui extremae iniquitatis convincitur et adversus bene meritos comparavit exercitum, qui omne malum facinus est ausus, ut immerentem dominum regno spoliaret? non consueverunt improbi, ut amici, servare promissa. principium fatuum finem quoque penitus inutilem sortietur: quale enim semen, tale germen. donis fortasse Varamus iniusta impetrare contendit. atqui improborum dona non esse dona nec utilia, audivi quendam dixisse de vestris scriptoribus, quos elegantia et festivitas orationis commendat. non sentit fructum voluptatis amentiae merces, nec lucrum sulco iniquitatis enascens absque poenitentia colonem dimittit. nam priusquam delectet, contristat, et priusquam demulceat, moerore afficit. abeunt enim a cupidis, simul ablata, etiam quae non malis rationibus quaesiverant. nos autem Martyropolim restituemus, et Daram gratuito reddemus, bellum nulla mercede composita pace sepeliemus, Armeniaque cedemus, cuius causa bellum tanta licentia grassatum est. quodsi maior est necessitas nostra quam ut ei haec dona respondeant, tamen hoc vobis summae laudi erit, moderatas potius promissiones sapienter amplecti, quam magnis pollicitis delinitos fini imperfecto labem perennem aspergere, et non leves incommodorum perferundorum occasiones bona in posterum pacis habitudine

μαίοις τε καὶ Πέρσαις ἀπολελόγημαι. εἰ δέ τι τῶν ἐντελεστέρων παρεῖται, σύνες, ὦ βασιλεῦ, τὸ λειπόμενον. πολλὰ γὰρ ἀπὸ τῆς ἀγωνίας τὸν λογισμὸν ἀποδιδράσκειν φιλεῖ· οὐκ οἶδε γὰρ ἀνάγκη μελέτης ἀνέχεσθαι ἢ φροντίδος ἐπιβολαῖς πειθαρχεῖν ἀεί, διαπορθμευούσης τὸν νοῦν τῷ ταράχῳ τῆς συγκυρήσεως."

D 14. Τούτων οὕτω διαλαληθέντων ὑπὸ τῶν πρέσβεων, καὶ τῆς ἀξιώσεως τὸ πιθανὸν καὶ ἐπίχαρι κληρωσαμένης τῇ εὐροίᾳ τοῦ λόγου, ὑπό τε τῆς βουλῆς καὶ τοῦ αὐτοκράτορος δογματίζεται ἐπικουρήσειν τῷ Χοσρόῃ Ῥωμαίους, τῷ δὲ Βαρὰμ κάρτα κομιδῇ παρασκευάζεσθαι πόλεμον, ἀνάξιον Λατινίδος ἀρχῆς τοῦ αὐτοκράτορος κρίναντος ὅπλα τοῖς ἀδικοῦσι παρέχεσθαι καὶ προκινδυνεύειν τοῦ μὴ καλοῦ διὰ τὸν ὄγκον τῆς ὑποσχέσεως, καὶ Ῥωμαίους αἰσχίστην ἀναδεξαμένους ὑπόθεσιν ἀθανάτοις ὀνείδεσι διὰ παντὸς στηλιτεύεσθαι. τὰ μὲν οὖν τοῦ δόγματος ἐπ' ἐκείνῃ
P 111 τῇ ἡμέρᾳ περὶ τὸ βασίλειον ἄστυ ἐξηχεῖτό τε καὶ ἐπεπόλαζε· πεμπταῖοι δ' οἱ πρέσβεις εἰσφρήσαντες πρὸς τὸν Καίσαρα καὶ δώροις διακοσμηθέντες βασιλικοῖς ἐν γράμμασι τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποφέρονται ψήφισμα. ἐπὶ τούτοις δὲ τόν τε Σαμὲν καὶ Χοσροπερόζην, τούς τε ἄλλους οὓς ἤδη πρότερον κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν ᾑρήκει τὸ Ῥωμαϊκόν, ὁ αὐτοκράτωρ ἐς Χοσρόην ἅμα τοῖς πρέσβεσιν ἐξαπέστειλεν. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ Καίσαρος διαναγνούς, τήν τε τῶν Ῥωμαίων ἀγασθεὶς

7. εὐροίᾳ Exc. εὐνοίᾳ IP. 8. καὶ add. Exc. 19. τοὺς δὲ IP.

quasi in thesaurum collectas habere. quid Romanis iuxta atque Persis profuturum arbitrarer, satis a me demonstratum est. si quid alicuius momenti praetermisi, tu id per te, imperator, intelliges. multa enim anxii cogitationes fugiunt, cum necessitudo meditationis impatiens sit, neque incursanti curae semper obtemperet, ubi accidens quippiam mentem perturbatam alio avocarit."

14. His ita dictis a legato, cum orationis gravitas fidem et gratiam petitioni conciliasset, benevole a senatu imperatoris Chosroae auxilium et in Varamum maximum gravissimumque bellum decreto sancitur, quod Latino imperio foedum iudicaret imperator arma sceleratis subministrare, et propter magnitudinem promissorum pro turpitudine propugnare, Romanosque ignominiosissimo suscepto negotio sempiterna apud omnes infamia flagrare. decretum igitur illius diei per urbem imperatoriam omnium ora pervagabatur. ad Caesarem die quinto introducti et muneribus ornati diploma auferunt. posthaec Samen, Chosroperozen, alios item a Romanis belli tempore captos ad Chosroen cum legatis remittit. Chosroes libello perlecto virtutem Romanorum suspiciens, Hie-

ἀρετήν, τὴν μὲν Ἱερὰν πόλιν καταλιπὼν ἅμα Κομεντιόλῳ ἐς Κωνσταντῖναν τὸ ἄστυ ἀφίκετο. μικροῦ τε ὕστερον καὶ ὁ τῆς Μελιτηνῆς προεστὼς (Δομετιανὸς δ' ἄρα οὗτος) βασιλικαῖς ὑποθήκαις B γίνεται πρὸς Χοσρόην, ὃς πρὸς γένος συνῆπται τῷ βασιλεῖ Μαυρικίῳ, τὴν τιμὴν ἱερεύς, τὴν δὲ περὶ τὸν βίον κατασκευὴν ἱερώτερος, τὸν λόγον ἡδύς, τὴν πρᾶξιν ταχύς, τὴν συμβουλὴν ἐμφρονέστατος. συνείπετο δ' αὐτῷ ὅ τε Γρηγόριος ὁ τῆς Ἀντιοχέων τοῦ ἱερατικοῦ ἐξηγούμενος· ἔδοξε γὰρ καὶ τοῦτο τῷ βασιλεῖ, καὶ κατεφοίτα πρὸς τὴν πρᾶξιν ὁ λόγος. παραγενηθέντες γοῦν οἱ ἱερεῖς ἐς Κωνσταντῖναν αὐτὴν λόγοις καὶ δώροις παρηγόρουν Χοσρόην, ἐπιτεύξεις ἐλπίδων ἀθυμουμένῳ διατιθέμενοι. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης ἀνὰ τὴν Νίσιβιν πρέσβεις ἀπέστελλεν, ἀναμιμνήσκων Πέρσας τῆς εὐνοίας τῆς ἐς τὸ βασίλειον C γένος, παρακαλῶν τῷ ἠπίῳ τῆς παραινέσεως ὡς οὐ δεῖ τυράννων ἐξουσίας ἀνέχεσθαι καὶ καθυβρίζειν νόμον ἀρχαῖον καὶ πάτριον, καλῶς γεγηρακότα τῇ Περσῶν βασιλείᾳ καὶ μηδέ ποτε V 213 τῷ νεωτέρῳ τῆς καθαιρέσεως ἀπενεγκάμενον τὸ ἀδόκιμον. τῷ δὲ Βαρὰμ ἐπεὶ κατάδηλον γέγονεν ὡς διεσώθη μὲν ὁ Χοσρόης, ὅπως τε Ῥωμαῖοι φιλοφρόνως αὐτὸν ἀνεδέξαντο, τὸ δ' αὐτὸ καὶ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τῶν πρέσβεων ὡμολόγητο, πρέσβεις ἐξέπεμψεν, ἀξιῶν τὸν αὐτοκράτορα μηδαμῶς ταῖς Χοσρόου τύχαις ἐπικουρεῖν, δυσχυριζόμενος Νίσιβίν τε πόλιν παραδιδόναι Ῥωμαίοις καὶ τὰ ἄχρι Τίγριδος ποταμοῦ. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ τηνάλλως ἐπλανᾶτο· οὐ γὰρ οἷός τ' ἦν διαφθείρειν τὴν τοῦ βασιλέως D ὁσιότητα. οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις καὶ τὸ σοβαρὸν ἐξογ-

rapoli relicta una cum Comentiolo Constantinam petit. paulo post et Melitenes praesul Domitianus, genere Mauricium attingens, et cum honore sanctus (sacerdos) tum vitae instituto sanctior, sermone suavis, actione solers, consilio prudentissimus, auctoritate imperatoria ad Chosroen contendit; quem Gregorius Antiochenus antistes comitatur: nam et hoc imperatori placuerat, et voluntati eius re satisfiebat. hi Constantinam ingressi alloquio et donis Chosroen consolantur, afflictumque ad bene sperandum exsuscitant. is legatos Nisibim mittens, Persis memoriam veteris benevolentiae in genus regium redintegrat, leniter eos admonens ne tyrannicam potestatem patiantur, neve antiquam et patriam legem, quae probe in regno Persico senuerit et nunquam iuniori regem veterem loco movendi ius permiserit, cum insolentia abrogent. Varamus ut Chosroen servatum et a Romanis benigne exceptum didicit, idque ipsum ei imperator missis legatis confessus est, missis et ipse legatis rogat ne inclinatam atque iacentem Chosroae fortunam ullo modo respiciat, paciscens se Nisibim, et quantum esset inde locorum ad Tigrim, Romanis daturum. sed fallebatur multum: nec enim poterat imperatoris

κωσάμενος, τοὺς μὲν συμμάχους ἀθετούμενος κατάφωρος ἦν, τῷ δὲ Περσικῷ φορτικός τε ὑπῆν καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς ἀκατάσχετος, πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἐξαγριαίνων τὸ τύραννον. καὶ οὖν οἱ ἀξιολογώτατοι σατράπαι τῆς τούτου δυνάμεως ὑποσυρρέουσι συσκευήν, ὅπως δολοφονηθείη Βαράμ. οἱ μὲν οὖν ἔξαρχοι τῆς περὶ τὸν Βαρὰμ συσκευῆς ὅ τε Ζαμένδης καὶ Ζοάμβρης ὁ Πέρσης· προσεταιρισάμενοι γοῦν οὗτοι καὶ ἑτέρους τῆς Βαβυλωνίας πληθύος λογάδας, ὡς ἐνῆν, τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐξελίπαινον. ὑποτοπάσαντες δὲ καὶ Βινδόην πρὸς κοινοπραξίαν αὐτοῖς εἶναι λυσιτελέστερον (οὗτος δὲ ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ κατῴκει εἱρκτὴν) ἀναπληροῦσιν ἔργῳ τὸ βούλημα, καὶ ἀθρόον εἰς τὴν φρουρὰν εἰσπηδήσαντες, τῶν δεσμῶν τὸν Βινδόην διαλυσάμενοι ταγματάρχην
P 112 τε λόχου χειροτονήσαντες, οὔσης νυκτὸς εἰς τὰ βασίλεια τῷ Βαρὰμ ἐπιτίθενται. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ δευτέρᾳ φυλακῇ τῆς νυκτὸς τῆς συσκευῆς ἐν γνώσει γενόμενος, ἐξοπλίσας τοὺς φύλακας σιδηροφορεῖν ἐγκελεύεται, τούς τε ἔναγχος ἐκ τῶν ἐθνῶν προσκεχωρηκότας αὐτῷ παρασκευασάμενος τοῖς ἐμπεσοῦσιν ἐς τὸ καρτερὸν ἀντετίθετο. καὶ τῆς νυκτομαχίας ἰσχυρᾶς γενομένης ὑπέρεσχε Βαράμ, καὶ ζωγρήσας τοὺς πατέρας τοῦ ἐγχειρήματος ἡμέρας ἤδη λαμψάσης ἀρθροτομεῖ τῶν μελῶν τούτων τὰ πρακτικώτερα, εἶτα ὑποστορέσας τὰ λοιπὰ σώματα τοῖς ἐλέφασιν εἴα πατεῖσθαι καὶ τὸν πανώλεθρον τοῦτον ἐκείνοις ἀποφέρεσθαι θάνατον.

22. ἐκείνους praestat.

sanctimoniam corrumpere. non multi effluxerunt dies, cum superbia turgidus socios manifeste aspernari coepit, molestusque et odiosus esse Persis, nec impetus cohibere, et ad tyrannidem crudeliorem efferari. quare principes satrapae de eius exercitu occulte coeunt, et insidias ei occidendo instruunt. harum antesignani Zamendes et Zoambres, ascitis insuper ad communionem facinoris quibusdam aliis de Persarum numero, eas ut poterant confirmabant; ratique Bindoem, quem Varamus in carcerem dederat, coepto communi fore idoneum, deliberata opere complent, confertimque in custodiam irrumpentes solutum vinculis cohortis suae ducem creant, eademque nocte Varamum in regia occupant adoriri. qui secunda iam vigilia insidiis sibi apertis, custodibus arma imperat. praeterea qui nuper ex gentibus ad eum accesserant, eos quoque obarmat, et ita irruentibus summa ope resistit. totis viribus de nocte confligitur: Varamus vincit, captisque coepti huius auctoribus lucente iam sole membra actuosiora frustatim praecidit, reliquum corpus elephantis ad mortem crudelissimam inferendam substernit.

15. Ὁ μὲν οὖν Βινδόης ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ διαδιδράσκει B τῆς συμφορᾶς παραδόξως τὸν κίνδυνον, καὶ ἐπὶ τὸ Ἀδραβίγανον ὡς τάχιστα γίνεται. ἐκεῖσε γοῦν στρατοπεδευσάμενος πλείστους τοῦ Περσικοῦ ἐπηγάγετο, καὶ τὰ Χοσρόου φρονεῖν τοὺς ἀφεστηκότας πως ἐτιθάσσευε. δεκάτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὡς τὸν Ἰωάννην, ὃν Μυστάκωνα Ῥωμαίοις ἔθος ἦν κατονομάζειν, ἀπέστελλεν ἄγγελον, τὰ νεώτερα δράματα γνωρίζων αὐτῷ, ἀξιῶν τε μαθεῖν ὅπως τῷ Χοσρόῃ ἀπήντησε τῆς εἰς Ῥωμαίους προσχωρήσεως ἡ ἐγχείρησις. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης γράμμασι τὸ ἄκουσμα παραπέμ- C ψας τῷ αὐτοκράτορι τοὺς ὑπὸ Βινδόου πρέσβεις παρακατεῖχε, καραδοκῶν τί ἂν παρασταίη παρὰ τῶν ἐγνωρισμένων τῷ αὐτοκράτορι. ὁ δὲ βασιλεὺς Μαυρίκιος τῷ Ἰωάννῃ προσέταττε τοῖς ταὐτὰ τῷ Χοσρόῃ φρονοῦσι συμμαχεῖν τε ἐκθύμως καὶ πᾶσαν αὐτοῖς καλοκαγαθίας πίστιν παρέχεσθαι, ὅπως πρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἴδοι τοῦ Βαράμου τὸ τύραννον. τῇ δὲ προτεραίᾳ ὁ Βεστὰμ ὁ παρὰ τοῦ Χοσρόου ἐς τὰς Ἀρμενίας σταλεὶς ἀφικνεῖται παρὰ τὸν Ἰωάννην. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης τήν τε Βινδόου παρου- D σίαν τῷ Βεστὰμ παρεδήλου, τά τε τῷ Βαρὰμ συντετυχηκότα ὡς V 214 ἀξιαφήγητα λίαν περιχαρῶς παρετίθετο. καὶ οὖν ὁ Βεστὰμ περιγάννυται τοῖς ἀκροάμασι, καὶ ἐς Χοσρόην ἐξέπεμπεν ἄγγελον ταῦτα δὴ γνωρισόμενον. ὁ δὲ Βινδόης πάλιν ἐγγελῶντα τὰ πράγματα τῷ Χοσρόῃ θεώμενος μέγα περιβάλλεται θάρσος, καὶ χρήμασι βασιλικοῖς ἐντυχὼν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διανέμει, ὡς εἶχεν ἑκάστῳ εὐνοίας ἀλκῆ. ἐπεὶ δ' οἱ τὴν Νίσιβιν περικαθήμενοι φίλον τὸν αὐτοκράτορα Χοσρόῃ διέγνωσαν, συμμάχους τε αὐτῷ δυνά-

15. Bindoes cum suis discrimine calamitatis praeter opinionem liberatus Andrabiganum properato venit; unde magnam Persarum manum in expeditionem educens, desertores Chosroae ad officium praestandum bonis verbis reducit. die decimo ad Ioannem cognomento Mystaconem mittit, qui nuper acta eidem exponat, et vicissim discat quo pacto Chosroae conatus sese cum Romanis coniungendi processerit. Ioannes per litteras imperatori audita perscribit, legatum apud se retinet, imperatoris de iis rescriptum exspectat. Mauricius Ioanni praecipit uti a Chosroa stantes prompte alacriterque iuvet, et ad enervandam ac debilitandam Varami tyrannidem integerrimam eis fidem praestet. pridie porro Bestamius, quem Chosroes in Armeniam legarat, ad Ioannem venit; cui Ioannes tum adventum ad se Bindois, tum quae Varamo evenerint, ut dignissima narratu, mira cum voluptate explanat. Bestamius et ipse maiorem in modum recreatus ad Chosroen super iis litteras facit. cernens Bindoes fortunam Chosroen iterum fulcire, ingenti impletur fiducia, pecuniamque regiam suis pro benevolentia in unumquemque dilargitur. ad Nisibim sedentes, ut imperatorem Chosroae amicum esse eique magnas

P 113 μεις μεγάλας κατεπομβρίσαντα, γίνονται εἰς Κωνσταντῖναν τὴν
γνώμην μετακοσμήσαντες. ὁ δὲ πολιοῦχος ὑπὸ Χοσρόου λιπαν-
θεὶς ταῖς ὑποσχέσεσι, καὶ ταῖς ἐλπίσι χαριζόμενος πάντα, ἅπα-
σαν Ἀραβίαν τάς τε μέχρι Τίγριδος ποταμοῦ πρὸς τὸν Χοσρόην,
ὡς ἔστιν εἰπεῖν, μετατίθησιν. οἱ δὲ τῆς Μαρτύρων ἐχόμενοι
πόλεως, καίτοι τῆς πολιορκίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιστατούσης, τοῖς
ἐν παραβύστῳ τοῦ Χοσρόου προστάγμασι πειθήνιοί πως γινόμε-
νοι οὐκ ἐδίδοσαν τὴν πόλιν Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ μάλα καρτερῶς
ἀντετάττοντο. τοιγαροῦν ὅτε κατάφωρος πανουργῶν γέγονεν ὁ
Χοσρόης, Δομετιανὸς λογισμοῦ ἀγχινοίᾳ δυσκαταμάχητον ἀντι-
B στρατεύσας βουλὴν τοῦ Περσικοῦ δόλου δίκην πομφολύγων ἐκφύ-
σεως διαλύει τὸ ὕπουλον. μεταπεμψάμενος γὰρ ὡς ἑαυτὸν τοὺς
ἀξιολογωτάτους τῶν περιφρουρούντων τὸ πόλισμα, οὓς μὲν ὑπή-
γετο λόγοις, οὓς δ' ἐξωνεῖτο τοῖς δώροις, ἀναμιμνήσκων τήν τε
τῶν Ῥωμαίων ἐπιστασίαν ἐσκειμένην τῇ πόλει, τόν τε Χοσρόην
τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικουρίας δεόμενον, τόν τε Βαρὰμ ἀμφίβο-
λον περικείμενον τύχην. καὶ τοσαύτην εἶχεν ὁ λόγος τὴν δύνα-
μιν ὡς διαιρεθῆναι ταῖς γνώμαις τοὺς τὴν Μαρτύρων πόλιν κα-
τέχοντας ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ· ἔστω γάρ μοι νῦν τῆς ἐκείνου γνώ-
μης ζωγράφος ὁμηρίζουσα γλῶττα. καὶ δῆτα εὐνοῦχον τῶν εἰς
C τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένων αὐτῷ τὸν κορυφαιότα-
τον, ὃν πραιπόσιτον εἴθισται Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν, ἀνὰ τὴν
Μαρτύρων πόλιν ἐξέπεμψε, παρακελευόμενος Πέρσαις τὸ ἄστυ

20. τῶν deest IP.

submisisse copias intellexerunt, immutati animis Constantinam procedunt. praefectus autem Nisibenus pollicitationibus Chosroae inescatus, et spei per omnia gratificans, universam Arabiam omnesque urbes ad Tigrim usque (prope dixerim) Chosroae transcribit. caeterum qui Martyropolim adversus Romanos tuebantur, clandestinis Chosroae mandatis morem gerentes ac deditionem minime facientes, viriliter admodum vim propulsabant. proinde ubi astute agere Chosroes deprehensus est, Domitianus solerter excogitatum et labefactatu difficile consilium nequitiae Persicae opponens, tectam fraudem bullae instar exsufflando dissolvit. accersitis enim ad se praecipuis de praesidio, quosdam verbis inducit, quosdam donis pellicit, eos et Romanorum urbi capiendae insistentium et Chosroae imperatoris subsidio indigentis et ambiguae incertaeque fortunae Varami commonefaciens. ac tantum valuit Domitiani oratio, ut sententiis discordarent praesidiarii volentes nolentesque: liceat enim nunc mihi eorum sensum Homericis verbis depingere. quocirca eunuchum, satellitum regiorum principem, quem Romanis praepositum vocare mos est, Martyropolim mittit Chosroes, hortaturque Persas uti urbem tradant et

καταλιπεῖν καὶ περὶ τὴν Νίσιβιν ἀγραυλίζεσθαι. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι τοῦ βασιλέως Χοσρόου μεταβαλόντος τὴν γνώμην σπονδὰς μετὰ τῶν πολιορκούντων συνθέμενοι τῆς πόλεως ἐξεχώρησαν. τῶν τοίνυν ἡγεμόνων ἐς Κωνσταντῖναν ἡκόντων, ὤφθη καὶ Σίττας ἐκεῖνος ἀναμεμιγμένος αὐτοῖς ὁ τὴν Μαρτύρων πόλιν Ὁρμίσδᾳ τῷ Περσῶν βασιλεῖ παρασχόμενος δόλῳ. ὁ μὲν οὖν Δομετιανὸς διεστείλατο Χοσρόῃ ὡς οὐχ ὅσια εἰς εὐεργέτας καὶ Ῥωμαίους διεγχειρεῖ ἀνεχόμενος ἀνδρὸς προδότου πολλὰ εἰς Ῥωμαίους κακὰ διανύσαντος, ἀναμιμνήσκων ὡς καὶ τῷ Βαρὰμ φίλος Σίττας γεγένηται, καὶ ἥκιστα συνοίσειν αὐτῷ περὶ πολλοῦ D ποιουμένῳ ἄνδρα παλαμναῖον καὶ ἀπιστότατον, μή πού γε τὰ Ῥωμαίων πλήθη συστραφέντα αὐτὸν Χοσρόην καὶ τὸν Σίτταν διαχρήσονται, καὶ τὰ τῆς ἀγωνίας τῷ Βαρὰμ λάβοι ἀνάπαυλαν. ἐπὶ τούτοις συνιδὼν ὁ Χοσρόης, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν κολακείαις ἀποπριάμενος, ἔκδοτον Κομεντιόλῳ Σίτταν καθίστησι. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ὁ στρατηγὸς ἐπ' ὄψεσι τοῦ ὁπλιτικοῦ αἰκισάμενος τοῦτον τῷ πυρὶ παρεδίδου, κατανθρακεύσας τε ταῖς φλοξὶ δίκην τῶν ἡμαρτημένων τὸν Σίτταν εἰσέπραττεν. ὁ μὲν οὖν Δομετιανὸς ἱεροπρεπῶς ἐς τὰ περὶ τὴν ἀνάληψιν τοῦ ἄστεος διεπονεῖτο, ὡς ἐνῆν ἐς τὰ μάλιστα, τούς τε συνομοσαμένους τοῖς βαρβάροις Ῥωμαίους ἐς τὴν τοῦ ἄστεος ἅλωσιν Κομεντιόλῳ παρεδίδου τῷ στρατηγῷ. τούτων τοίνυν ἀξίας ὑποσχομένων δίκας P 114 τῶν κατὰ τῆς πατρίδος διαπεπραγμένων αὐτοῖς, ὁ ἱερεὺς τῆς σωτηρίας τὴν ἑορτὴν ἐγκαινίζων τῆς πόλεως πανήγυρίν τε τοῖς καλλινίκοις συστησάμενος μάρτυσιν, ἐπὶ τῶν βημάτων τῶν ὑψη-

Nisibin concedant. Persae Chosroe immutato, pacta conventa cum obsidentibus ineuntes oppido excedunt. ducibus ipsis Constantinam intrantibus, inter eos etiam Sittas, qui Hormisdae Martyropolim dolo prodiderat, apparuit. Domitianus Chosroae denuntiat illum adversus Romanos de se bene meritos iniustum videri, cum proditorem, deque Romanis ita meritum ut qui pessime, toleret, admonens eum Varamo quoque amicum fuisse, et hominem pestilentissimum perfidissimumque benefactis suis male gratiam relaturum, ne forte coeuntes Romani ipsum et una Sittam e medio tollant, bellumque cum Varamo terminetur. ob hanc causam prudens Chosroes, et opportunitatem temporis praesentem obsequio emendam censens, Comentiolo Sittam addicit; quem ille postera luce in omnium conspectu flagris caesum rogo tradit, et flammis delictorum poenas ab eo reposcit. Domitianus igitur, ut sacerdotem decebat, et quantum maxime poterat, pro urbe recipienda laborabat. at Romanos, qui ad urbem occupandam cum barbaris male conspiraverant, duci tradidit; quibus pro scelerate contra patriam perpetratis commerito supplicio multatis, episcopus festum diem partae salutis civitati instaurans, martyri-

λῶν τῆς ἐκκλησίας γενόμενος, παιωνίζων ᾆσμα καινὸν τῷ Χριστῷ ἐπινίκιον, τοῖς ὠσὶ τοῦ κατεκκλησιασθέντος λαοῦ τάδε που διηγόρευεν.

B 16. "Οὐκ ἐν πολέμοις μόνον καὶ συμπλοκαῖς καὶ ἐκτά-
V 215 ξεσι ταῖς σάλπιγξιν ὁ Δαβὶδ ἀλαλάζει, ἀλλὰ καὶ ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς τῷ ἐπὶ πάντων σαλπίζει θεῷ. πρέπει γὰρ καὶ πολεμικοῖς ὀργάνοις ὑμνεῖσθαι θεόν· ἀρχιστράτηγος γὰρ οὗτος ἐκτάξεως κραταιός τε καὶ δυνατὸς ἐν πολέμοις πρεσβεύεται. καὶ ἐξ ὧν ἡ εὐδόκησις πέφυκεν, ἔδει που πάντως προελθεῖν καὶ τὴν αἴνεσιν. δεῦτε, καὶ ἡμεῖς ταῖς νοηταῖς ἀλαλάξωμεν σάλπιγξι, ταῖς διανοίαις φημί, οὐ κερατίναις, ὡς Ἰουδαίοις νενομοθέτηται· οὐ
C γὰρ ἀλόγων μέλεσι διὰ τὸ παχὺ τῆς διανοίας γεραίρειν ἡμεῖς θεὸν προσετάχθημεν. συστησώμεθα γοῦν ἑορτὴν μὴ ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου καὶ μόνον διήκουσαν, ἀλλὰ μέχρι τῆς ἄνω ἱεραρχίας αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, ἧς ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ὁ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης καθήμενος καὶ ἔστι καὶ ὀνομάζεται. τῷ ὄντι γὰρ ἐν βραχίονι κράτος ἐποίησεν, ὄρη ταπεινώσας φρυάγματος, καθελὼν ἀπὸ θρόνων δυνάστας, καὶ πάλιν στηλιτεύων ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας τὰ μεγαλεῖα τοῦ πνεύματος. δουλαγωγοῦνται γὰρ λέοντες, καὶ δράκοντες ἀποπνίγονται, καὶ Βὴλ καὶ Μίθρας ἀνδραποδίζονται, καὶ μαλακεύεται
D πῦρ, μήτε μαρτύρων ἐσθῆτος τυραννῆσαι δυνάμενον, ὑπὸ νάφθας καὶ πίττης ἀφθόνως καταρδευόμενον. πάλιν δεξιὰ κυρίου

busque praeclaris victoribus panegyrin sive celebritatem instituens, e sublimi ecclesiae suggestu, ad gratulandam Christo victoriam canticum novum cantans, ad populum congregatum ita disseruit.

16. "Non in bellis tantummodo atque in praeliis et congressibus, sed etiam in insigni die solennitatis David deo altissimo tuba canit: decet enim bellicis quoque instrumentis collaudare deum, qui primarius in pugna dux fortisque et potens in praelio colitur; et unde natum est decus, inde laudem quoque procedere plane oportet. agitedum, nos quoque tubis, quae intelligentia percipiuntur, clangamus, animis, inquam, non corneis tubis, quemadmodum lex Iudaeis praescripta requirebat: nec enim nos, ut illi, propter mentium hebetudinem animantium brutorum membris venerari deum iussi sumus. constituamus itaque diem solennem, non usque ad cornua altaris duntaxat, sed usque ad coelestem hierarchiam pertinentem, cuius pontifex in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, sedens ad dextram maiestatis dei et est et nominatur. profecto potentiam fecit in brachio suo, montium fastum humiliavit, et depositis de sede potentibus rursum magnalia spiritus super Babylone omnibus prodidit. subiguntur enim leones, et dracones suffocantur, et Bel atque Mithras captivi abducuntur. flaccescit ignis, et quanquam naphta ac pice largiter imbutus, ne vestem quidem martyrum adurere potest.

ἐποίησε δύναμιν, ἐπάρσεως καταδιαιτῶσα Χαλδαϊκῆς, οὐκ ἐν τοίχῳ ἀλλ' ἐν οὐρανῷ τὴν προαγόρευσιν γράφουσα. καὶ διαιρεῖται Βαβυλώνια σκῆπτρα, καὶ ὑβριστὴς καταβάλλεται θρόνος, καὶ πάροινος βασιλεία συστέλλεται, καὶ τιμᾶται πάλιν τὸ ταπεινούμενον καὶ κρατύνεται τὸ νικώμενον. πάλιν τὴν στεῖραν πόλιν διὰ τὸν πόλεμον ὡς μητέρα δι' εὐτεκνίαν εὐφραινομένην ἔστι θεάσασθαι. μηδεὶς ἀμπεχέσθω τῆς βασιλικῆς ταύτης πανηγύρεως ἀναξίαν ἐσθῆτα. πάντες τῇ καθαρότητι τοῦ βίου λευχει- P 115 μονήσωμεν, ἵνα μὴ ἀνάξιον τῆς εὐωχίας τῇ ψυχῇ περιβαλόντες στόλισμα ἀνάξιοι φανῶμεν τῆς μεταλήψεως καὶ τὰ ἀκόλουθα κατακριθῶμεν τῆς ἀποτεύξεως. ἐγκαινίζου, πόλις ἀγαλλιάσεως· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε. τάδε μοι λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἀσπάζομαι, καὶ ἡ νῦν ὑπὲρ τὴν προτέραν φαιδρότητα δόξα καθέστηκεν. οὐ γὰρ δήμους μαρτύρων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν καὶ πρεσβυτέροις χρόνοις ἐκέκτησο, πᾶσαν ἀτραπὸν καὶ λεωφόρον τῶν σῶν λαγόνων ἐπικυμαίνοντας. ἐπιφανεστέρα σοι τῆς ἁλώσεως ἡ ἀνάζευξις· Γ ἣν γὰρ ἔκλεψε δόλος, νῦν φόβος ἀπέδοτο, καὶ ἣν βασιλέως βαρβάρου πανουργία κακῶς ἀπεσύλησε, νῦν ἐπιφανεστάτη δουλαγωγία καλῶς ἀντιδίδωσι. ταύτην οἰκέτης ἐσταλμένος ὑμῖν, ὦ μάρτυρες, προσηγάγετο, συμμάχους ἑλέσθαι θηρώμενος, οὓς ἀντίθεος τὸ πρότερον οὐκ ἐπρέσβευεν, ἐξ ἀποτεύξεως διδαχθεὶς τὴν εὐσέβειαν, ἐπεὶ καὶ Φαραὼ ὁ πάλαι μαστιζόμενος ἢ νουθε-

iterum dextra domini fecit virtutem, compressitque spiritus Chaldaicos, non in pariete, sed in coelo praedictionem scribens; et dividuntur sceptra Babylonica, et thronus insolens deiicitur, et regnum temulentum contrahitur; et quod humiliatum erat, denuo honoratur, et quod victum erat, corroboratur. rursus sterilem urbem propter bellum, ut matrem ob filiorum multitudinem laetantem aspicimus. nemo vestem hoc panegyrico festo indecoram induat: omnes vitae morumque candore ac puritate candidum gestemus habitum, ne si animam secus quam regale convivium deceat convestiverimus, qui ad id admittamur indigni iudicemur, et his damnemur quae ab eodem eiectos consequuntur. renovare, urbs exultationis: venit enim lumen tuum, et gloria domini super te orta est. haec enim dicit spiritus sanctus, et promissa amplector, et quae nunc est gloria, priorem claritatem superat. haud enim populos martyrum superiore memoria possidebas, omnem semitam et compita tuorum viscerum inundantes. plus tibi ad gloriam proficit ita liberatam quam ita captam esse. quam enim dolus subiugavit, nunc metus restituit; et quam regis barbari calliditas improbe pro spolio abstulit, nunc illustrissima receptio probe rependit. hanc famulus vester missus vobis reconciliavit, o martyres, socios sibi conatus adiungere, quos dei adversarius antea non rogabat, ex infelici successu pietatem doctus, quoniam et

τούμενος θεὸν σέβειν ἠνείχετο. ταύτην ὑμῖν ἀνατίθησι, μάρτυρες, Βαβυλώνιος τύραννός τε καὶ ἔπηλυς, ὁ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας δραπέτης, ὁ νῦν Ῥωμαίοις ἀντὶ πολεμίου πειθήνιος· τοσαῦτα γὰρ ὑμεῖς τοῖς ἀνθεστηκόσιν ἐπαλαμήσασθε. ἐξέστη ὁ C τύραννος ἐπὶ τούτοις, ἔμφοβος καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. ἐπετίμησε γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ὁ ὢν ἀπ᾽ ἀρχῆς, καὶ τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ ἡ ἀλλοίωσις αὕτη. ἀπ᾽ ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτῆς, καὶ τὸ κατάντημα μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν V 216 δόξαν αὐτῆς πλήρη χάριτος καὶ δυνάμεως. οἱ γείτονες ποταμοὶ προφητικῶς χεῖρας κροτείτωσαν. φερωνύμως νῦν ὁ Εὐφράτης ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις εὐφραινέσθω τοῦ κτίσαντος. ὁ Τίγρις μεταβαλέτω τὸ θηριῶδες πρὸς τὸ φιλάνθρωπον· ἡ κραιπάλη γὰρ τῶν φόνων αὐτῷ καταλέλυται. ᾄσωμεν ᾠδὴν τῷ κυρίῳ σωτήριον, ᾄσωμεν αὐτῷ μετὰ τῶν μαρτύρων ἐπινίκιον ὕμνον. ἀναγγείλωμεν ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος τὴν δόξαν αὐτοῦ, σκιρτῶντες D τῷ πνεύματι· οὐ γὰρ θρῆνον Ἰουδαϊκὸν κατεκρίθημεν, ἢ αἰσχύνην αἰχμαλωσίας ὑπὸ τῶν λαφυραγωγησάντων ὀνειδιζόμεθα. προτάξωμεν ἡγεμόνα τῆς εὐφροσύνης τὸν κύριον, ἵνα μὴ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐπιλαθώμεθα καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν κολληθῇ τῷ λάρυγγι ὡς κακῶς μὴ μεγαληγοροῦσα τοῦ θεοῦ τὰ παράδοξα. νῦν ἡ θυγάτηρ Βαβυλῶνος κατὰ τὸ γεγραμμένον ὄντως ταλαίπωρος, ἡ τῶν ἀγερώχων ἐπιβαίνουσα σκήπτρων, καὶ μακαρίζεται βασιλέως εὐσέβεια οὐκ ἐπάγουσα ταύτῃ τὸν ἰσοστάσιον ὄλεθρον, ἢ

Pharao quondam flagellatus demum, non admonitus deum coli passus est. hanc vobis consecrat Babylonius tyrannus et advena, e suo ipsius regno profugus, qui pro hoste nunc Romanis est subditus. talia quippe vos contra inimicos effecistis. tyrannus super his obstupuit, terra timuit et contremuit. increpavit enim gentes, qui est ab initio; et dextrae eius mutatio haec est. a summo coelo egressio eius, et occursus eius usque ad fines terrae. et vidimus gloriam eius plenam gratiae et potentiae. vicina flumina secundum prophetam plaudant manibus. nunc Euphrates nomini suo congruenter laetetur super magnalibus conditoris. Tigris feritatem in humanitatem mutet: iam enim caesorum cadaveribus se amplius non ingurgitabit. cantemus domino canticum salutis, cantemus ei cum martyribus hymnum de parta victoria. annuntiemus super flumina Babylonis gloriam eius, in spiritu exilientes: non enim Iudaicis fletibus damnati sumus; nec a praedatoribus captivitatis dedecus nobis exprobratur. ducem laetitiae nostrae dominum praeponamus, ne supernae Hierusalem obliviscamur, et lingua nostra adhaereat faucibus, utpote quae male dei admirabilia non magnificet. nunc filia Babylonis, sicut scriptum legimus, vere misera est, superborum sceptra ascendens, laudaturque imperatoris pietas, perniciem illi non remetiens, nec retribuens

ἀντεπιφέρουσα τὸ ἀνταπόδομα ὃ ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. τελειοῦται
γὰρ αὕτη διαθήκη δευτέρα τῷ νοητῷ Ἰσραήλ, καὶ βασιλεὺς οὐκ
ἀποδοκιμάζεται σήμερον οἰκτείρων πολέμιον, οὔτε Σαμουὴλ ἐπὶ P 116
τούτῳ διαπληκτίζεται, παντοκράτορι κυρίῳ ζηλῶν. ὁ γὰρ Ἰη-
σοῦς ὁ Χριστός, ὁ παλαιὸς ἡμερῶν καὶ πρεσβύτερος, εὐσεβέ-
στερον θυσίας οἶδε τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν κατα-
κληροδοτεῖ τοῖς οἰκτείρμοσι, καὶ φιλανθρωπίας ἔχων ὑπόθεσιν
καὶ δούλου λαμβάνει μορφήν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέ-
φεται, καὶ τὴν φάτνην γνωρίζει, καὶ προσίεται σπάργανα, καὶ
φεύγει τυραννοῦσαν τὴν μάχαιραν, καὶ τῇ Αἰγύπτῳ προσομιλεῖ,
εἶτα τὴν Ναζαρὲτ κατοικεῖ, καὶ Γαλιλαῖος κηρύττεται, καὶ σο-
φίᾳ προκόπτει, καὶ φθόνῳ κακίζεται, καὶ ὑπὸ Σαδδουκαίων πει-
ράζεται, καὶ μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν συναυλίζεται, καὶ πρὸς πά- B
θος ἐκδίδοται, καὶ σταυρὸν καταδέχεται, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων
λογίζεται, καὶ τάφον ἀσπάζεται, καὶ μεταφοιτᾷ πρὸς ἀνάστασιν,
καὶ πάντα παθὼν κατησμένισεν, ἓν μόνον ἡμῶν ἀπολαύων, ὃ
καὶ σωζόμεθα. ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, οὐκ ἐξόδιον ᾆσμα· ἐπιβα-
τήριος γὰρ ἡ πανήγυρις, καὶ πόλις καὶ ναὸς ἐγκαινίζεται, καὶ
νόμος ἀνακαινίζεται πάτριος, καὶ ῥώννυται πίστις ἀκίβδηλος,
καὶ τὸν ἐγκαινίζοντα βλέπω Χριστὸν ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας τῶν
τροπαίων τὰ σύμβολα ἐπὶ τῶν ὤμων περιφερόμενον. ὁ δὲ θρίαμ-
βος ὁ σταυρός, δι' οὗ ξενηλατεῖται τὸ βάρβαρον, τὸ δὲ Ῥωμαϊ- C
κὸν εἰσοικίζεται. ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ καὶ ὕμνον ἐξόδιον· ἐξοικί-

retributionem quam retribuit nobis, alterum siquidem testamentum observatur, Israeli intellectuali praecipiens ne malum pro malo reddat. et hodie rex hostem miserans non reprobatur; nec Samuel omnipotenti domino zelans propter hoc altercabitur. dominus enim Iesus Christus antiquus dierum, et omni aevo antiquior, misericordiam sacrificio religiosiorem ducit, et paternum regnum misericordibus impertit, et humanitate victus etiam servi formam accipit, et cum hominibus conversatur, et praesepe noscit, et fasciis involvitur, et tyrannicum gladium fugit, et in Aegyptum emigrat, deinde Nazareth habitat, et Galilaeus proclamatur, et sapientia proficit, et ex invidia vituperatur, et a Sadducaeis tentatur, et cum peccatoribus commoratur, et tormentis deditur, et crucem suscipit, et cum iniquis reputatur, et sepulcrum non refugit, et ad resurrectionem transit, et omnia libens patitur, unum hunc fructum ex nobis percipiens, quod salvamur. cantemus domino, non egressus canticum: est enim scansoria panegyris, et urbs et templum renovantur, et lex patria instauratur, et fides sincera confirmatur, cernoque Christum in media ecclesia tropaeorum symbola humeris sustinentem. triumphus autem crux, per quam barbari et peregrini et exteri abiguntur, Romani ut domestici introducuntur. cantemus domino etiam hymnum ἐξόδιον, id est, egressionis: nam perinde ut sus e silva glandifera, ex

ζεται γὰρ τοῦ ἄστεος ὥσπερ ὗς ἐκ δρυμοῦ τὸ Βαβυλώνιον φῦλον, τὸ καταπατεῖν τὰ ἅγια τοῖς ποσὶν ἐγχειροῦν, καὶ τοὺς μαργαρίτας τῆς πίστεως τοῖς ὄνυξιν ὑποθραύειν καταμαινόμενον. μιμησώμεθα τοὺς ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας δοξολογήσαντας, καὶ τῆς ἐκείνων χοροστασίας θιασῶται γενώμεθα· ἀνενέργητον γὰρ καὶ νῦν τῶν Χαλδαίων τὸ πῦρ καταφλέξαι τῶν μαρτύρων τὸ πόλισμα. εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, καὶ τὰ πεδία χαιρέτωσαν· κατεβλήθη γὰρ ἔθνη τὰ φιλοπόλεμα. διέγνωσαν
D προφητικῶς ὅτι ἄνθρωποι καθεστήκασι, καὶ τῆς ἑαυτῶν συντάξεως νῦν τὴν φύσιν οὐκ ἠγνοήκασι, καὶ ἃ μαθεῖν οὐκ ἐνῆν εὐπραγήσαντας, τεταλαιπωρημένους διδαχθέντας ἔστι θεάσασθαι. ταῦτα ὑπὸ τῆς χαρᾶς ὑμῖν σχεδιάσαντες ὕμνον ὑμῖν ἀπαρασκεύαστον προστεθείκαμεν, τράπεζαν ἀγγέλων, συμπόσιον ἁπλοϊκὸν καὶ ἀποίκιλον· φιλεῖ γὰρ τὸ θεῖον καὶ τοῖς ἀσυντάκτοις γεραίρεσθαι, καὶ τὰ μὴ μεγαλοπρεπῆ τῆς δορυφορίας προσίεσθαι ἐν καινίσει καρδίας, οὐκ ἐν ὄγκῳ δωρήματος ἐξετάζον τῆς εὐχαριστίας τὴν πρόοδον. τὸν πατέρα νῦν δοξολογεῖν οὐ παυσώμεθα, τὸν υἱὸν προσκυνεῖν ὡς φύσει θεὸν οὐ καταλήξωμεν, τὸ πνεῦμα γεραίροντες ὡς ἓν πεφυκὸς τῶν τριῶν ὑποστάσεων οὐκ ἀποσχώμεθα· θεὸς γὰρ τὰ τρία, ᾧ ἡ δόξα καὶ πρό γε τῶν ἀπείρων αἰώνων καὶ μετὰ τοὺς αἰῶνας ἀπέραντος."

P 117 Ἐπεὶ δὲ οὕτω που τὰ τῆς διαλαλίας τῷ ἱερεῖ ἐπεφιλοσόφητο, λίαν ἐπαινετῶς ἐκρότει τὸ ἄθροισμα τὸ μεγαλόνουν τῆς
V 217

21. **ἀπεράντους IP.**

urbe natio Persica expellitur, quae sancta pedibus conculcare audebat et margaritas fidei ungulis furiose conterebat. imitemur eos qui Babylone glorificarunt deum, illorumque choreae sodales fiamus: nam et hodie Chaldaeorum ignis martyrum urbem exurendi vim nullam habet. laetentur coeli, et exultet terra, et campi gaudeant. prostratae sunt gentes belli cupidae. cognoverunt, iuxta prophetam, quoniam homines sunt, et naturam coagmentationis suae nunc senserunt; quaeque rebus secundis utentes discere nequiverunt, adversis eruditi iam possunt intueri. haec prae gaudio ad vos ex tempore prolocuti sumus, et hymnum vobis imparati proposuimus, mensam angelorum, convivium simplex et varietatis expers: amat enim divinitas etiam non compositis donari, et admittere cultus quamvis non magnificos, ex renovatione cordis, non ex pondere et amplitudine doni gratiarum actionem aestimans. nunc patrem glorificare ne cessemus, filium adorare ut natura deum ne desinamus, spiritum ut unam de tribus hypostasibus venerari ne desistamus: deus enim haec tria sunt, cui et ante omnia saecula et post omnia saecula gloria infinita."

Postquam episcopus haec sapienter disseruit, audientium multitudo orationem magnificam miris plausibus prosecuta est, magnamque lacri-

διαλέξεως, καὶ πολὺ τὸ δάκρυον τῇ χαρᾷ κεκραμένον ὑπὸ τῆς κατανύξεως τοῦ λόγου τῇ ἐκκλησίᾳ περιεκέχυτο, καὶ φιλόδακρυς ἦν ἡ πανήγυρις, οὐκ ἔχουσα πάθους ὑπόθεσιν· οὕτω γὰρ ὁ καιρὸς παρεκάλει τὰ δάκρυα, χηρεύων ἀλγηδόνων καὶ τοῦ λυπήσοντος. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς σφαγιάσας τὸν ἄρτον τόν τε οἶνον ἱερουργήσας τοῖς θεανδρικοῖς μυστηρίοις τὸ συνεληλυθὸς τῇ μεταλήψει ἡγίαζε. καὶ οὕτω που ἡ πόλις ἡμέραις ἑπτὰ ταῖς θυμηδίαις καθηορτάζετο.

marum vim gaudio permistam prae compunctione ex eius verbis enata effudit, eratque panegyris omnino lacrimosa, cum dolendi causa nulla subesset. sic enim tempus ad collacrimandum hortabatur, quamvis quod ob molestiam doloremve ad id eos commoveret, nihil esset. antistes igitur pane et vino solenni ritu consecratis, mysteriis dei hominisque conventum per communionem sanctificabat. et hunc in modum civitas dies septem cum oblectamento in feriis consumpsit.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Ε'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER V.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *Varamus re cum suis deliberata copias adversus Chosroen in diversa loca destinat. Nisibi conviciis incessitur. Zadespratae nuntii pessime ibidem accepti ad Chosroen transmittuntur, qui in adversa fortuna Sergii martyris opem, cum promissione crucis aureae, lapillis distinctae, implorat. Zadespraten Rosas a Salchone impulsus strategemate quodam interficit.* (2) *Zadespratae caput et spolia ad Chosroen portantur. Anathonum missi ducem occidunt, caput eiusdem Chosroae transmittunt; qui religionem Christianam praedicans, Mauricioque de secundis rebus suis significans, auxilium et pecuniam mutuam petit. Comentiolus rogatu Chosroae abdicatur, cui Narses ipsius stipator substituitur.* (3) *Narses cum Romano milite et Chosroe Persidem ingreditur. Chosroes rex acclamatur, a Darenis honorifice excipitur. Domitiani antistitis ob ingressum illius in templum minae. veniam petit rex. templo eiicitur. muneribus regiis a Mauricio ornatur. Persae Varamo deserto ad eum desciscunt. Daram oppidum imperatori donat. legatum eius muneratur imperator, ipsumque filii appellatione cohonestat.* (4) *per Singarum Chosroae adversus Varamum delecta manus. re conspecta Varamus ad pugnam exit. procedit ultra cum auxiliis Chosroes. Domitianus milites ad fortiter praeliandum atque ad mortem contemnendam egregia concione inflammat.* (5) *militum pugnandi ardor. Chosroae custodia Romana attribuitur. ex Armenia copiae exspectantur. Chosroes manipulos vires hostium exploratum dimittit. Bryzacius dux Persa a Romanis captus auribus et naso mutilatur. Chosroes prosperitate sua laetus ducem Romanum acuit, duces Romanos atque Persas*

convivio excipit. adductus inter epulas Bryzacius illuditur et interficitur. hilaritas epulantium. (6) *Mebodis nuntius ad praefectum prytanei de commeatu et pecuniis sufficiendis. Thesaurorum custodis fuga. Seleuciae conditor. Euphratis descriptio. Mebodes Seleuciam noctu irrumpens caedibus promiscue grassatur. Ctesiphontei fama conterriti deditionem decernunt. Antiochiam Persarum condidit Chosroes. Iustinianus eidem regiam extruxit. Mebodis Antiochiam litterae.* (7) *epistola nomine Romanorum ad cives Antiochiae Persidis. fugitivos et Varami factionem poscunt. in ducem et dedititios animadvertunt. Iudaeos quoque tyranni administros trucidant. qua occasione in Persidem commigrarint Iudaei, eorumque aculeatior vituperatio. Alexandriana locus unde dictus.* (8) *transitum fluminis Romani praeoccupant. unde audacia Varamo. eius speculatores capti rem produnt. in Amisenos irruptio. ad lacum Varamus Romanis occurrit. sine pugna abitur. Narses Ioannem monet ne separatim cum Persis in aciem descendat.* (9) *Chosroes nuntiis laetissimis afficitur. exercitus tres in unum coniunguntur. Chosroes et Varamus quantum exercitibus valuerint. Varami insidiae patent. barbarorum clamores et tumultus, Romanorum quies. ad praelium acies dispositae. barbari in montem confugiunt. Persarum temeritas.* (10) *Varami fuga ad loca varia, quem Romani persequuntur. certamen in campo paratur. Tessera Romanorum* Ave Maria. *pugna describitur. sex millia Persarum fugientium. in captos Chosroae saevitia. Turcae donantur Mauricio. in frontibus eorum unde crucis signum.* (11) *tabernaculum Varami diripitur. barbari ex elephantis tela spargentes Romanis succumbunt. bestiae Chosroae donantur. spolia leguntur. disceditur. Chosroae ob partam victoriam laetitia. Romanos parum gratus domum remittit: ab iis de officio admonetur. mille custodes corporis Mauricium rogat.* (12) *de sancta femina Golinducha apud Hierapolim. genus, connubium, ecstasis. quid a merito propter Christianismum perpessa sit. altera eiusdem divinitus illustratio, et de morte mariti vaticinium. Nisibim migrat. a sacerdotibus Christianis mysteriis imbuitur. a magis quaeritur; in carcerem diuturnum traditur: inde per angelum liberatur. Hierosolymis sancta adorat. Chosroae futura praedicit. Hierapoli vita innocentissime exacta, in coelum abit.* (13) *Chosroes Sergio martyri crucem auream et gemmatam dono fert. epistola eiusdem de voto suo. posthabita lege Persica, Siram feminam Christianam ducit reginamque renuntiat.* (14) *Chosroes prolem a Sergio martyre contendit. cum donis epistolam mittit, qua se voti compotem evasisse narrat, cum singulari erga sanctum reverentia, et Christiane prorsus.* (15) *tyrannidis Varamo conscii morte plectuntur; Bindoes in Tigridem proiicitur. foedus et pax inter Persas et Romanos ex aequo servatur. Vaticinia Chosroae de Romanorum Persarumque imperiis. quae item Probo episcopo Chalcidensium praenuntiarit. ad res Europaeas regressio.* (16) *Mauricius ex Oriente copias in Occidentem reducit. contra Abares se instruit. rogatur a proceribus et patriarcha et ipsa Augusta atque liberis, ne ipse ductet exercitum. nihil impetratur. solis defectio. ventorum rabies. ad legatum audiendum in urbem redit. ad expeditionem revertitur. pie sacra obit. pauperibus benigne facit. iter eius a Rompho. a spectro forma suis incursatur.*

P 120
V 219
1. Ὁ δὲ Βαρὰμ τῆς Ῥωμαϊκῆς διητυχηκὼς εὐμενείας, ἐκκλησίας ἀγείρας καὶ περὶ τῶν ἐν ποσὶ κοινολογησάμενος ἐκ τῶν ἐπιφανεστέρων τοὺς ἐς ἀνδρείαν τὴν ὑπεροχὴν κεκτημένους χειροτονεῖ στρατηγούς, ὅπως τῇ ἀντιθέτῳ προνοίᾳ τοῖς Χοσρόου πράγμασιν ἀντιταλαντεύσῃ πως τὸ ἀπρόσκοπον. καὶ οὖν τὸν Μιραδουρὶν ἐς τὸ Ἀνάθων φρούριον τὸ πρὸς τῷ Κιρκησίῳ παρὰ τὸν Εὐφράτην ᾠκοδομημένον ἐξέταττεν μετὰ πλήθους δυνάμεως. ἐξεπέμπετο δὲ καὶ ἐς τὴν Νίσιβιν τήν τε σύγχωρον Ἀραβίαν τὸν Ζαδεσπράτην τὸν ἄρτι που συστρατεύσαντα τῷ Φεροχάνῃ. ὁ
B μὲν οὖν Ζαδεσπράτης τὴν Βαβυλῶνα ἀπολιπὼν ἀγγέλους ἐς τὸν Σολχάνην ἐξέπεμπε, προαγορεύοντας αὐτοῦ τὴν ἐς Νίσιβιν ἄφιξιν. μενοῦν γε ὁ Σολχάνης, ὅτε που ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τὸ τῶν μεγαλαυχημάτων ὑπέρογκον τοῦ Ζαδεσπράτου διέγνωκε, τῇ ὑστεραίᾳ καθίσας συνέδριον ἐς ὑπήκοον τῶν συνεληλυθότων προσέταττε τοὺς ἀγγέλους, ὅ τι ἂν εἴη αὐτοῖς ἡ ἀξίωσις, μηδέν τι τῷ δέει συσταλέντας ἐκτίθεσθαι. οἱ μὲν οὖν ἐξυπηρετούμενοι τῷ προστάγματι διεξῄεισαν ἅπερ ὁ πεπομφὼς αὐτοὺς διηγόρευσε. θολοῦ τοίνυν γεγονότος τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ πάντων τῷ Βαρὰμ λοι-
C δορουμένων, ὁ Σολχάνης αἰκίσας τοὺς ἀγγέλους ἠτίμωσε, καὶ δεσμοῖς ἀφύκτοις τισὶ καταταλαιπωρήσας ἐς Χοσρόην ἐξέπεμπεν. ὁ δὲ Χοσρόης τὸν μὲν Σολχάνην ἐξελιπάρου ταῖς ὑποσχέσεσι παροτρύνων εὖ διατίθεσθαι τὰς τῶν ἐντυγχανόντων φοιτήσεις, αὐτὸς δὲ Χοσρόης ἀπορίᾳ τὴν ψυχὴν κατεβάλλετο, τὰς ἐπιστρα-

1. Varamus Romanorum gratiae benevolentiaeque repulsam passus, coactis primoribus communicatoque de praesenti rerum statu consilio, duces e nobilioribus animi fortitudine excellentes legit, ut cura et providentia rebus suis integris Chosroae occurreret. ad castellum igitur Anathan prope Circesium iuxta Euphratem situm Miradurinem cum agmine expedito, Zadespraten, qui nuper adeo Pherochanis signa secutus fuerat, Nisibim et in Arabiam finitimam mittit. Zadesprates itaque Babylonia digressus Solchani super adventu suo Nisibim significat. Solchanes ubi Zadespratae insolentiam et iactantiam cognovit, postridie concilio convocato, ut in consessu, quid petitum advenissent, omni timore deposito eloquerentur, nuntiis imperat. illi dicto audientes mandata exponunt. turbatur conventus, universisque Varamum maledictis lacerantibus, Solchanes nuntios foede pulsatos et opprobriis affectos, insuper artissimis vinculis misere constrictos, ad Chosroen mittit; a quo etiam atque etiam rogatur, promissisque allicitur, uti de internuntiis bene pro-

τείας τοῦ τυράννου μορμολυττόμενος. εἰσῆλθε τοίνυν αὐτὸν δεισιδαιμονία ὁσίας θρησκείας τινός, καὶ πάλιν πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν τὸν νοῦν μετεκόμισε, καὶ ἠντιβόλει τὸν ἀοίδιμον ἐν μάρτυσι Σέργιον, ὃν καὶ τὰ νομαδικὰ πρεσβεύειν ἔθνη εἰώθασι, συλλαμβάνειν τῶν πόνων αὐτῷ. ἀπαρχάς τε τροπαίων καθυπι- D σχνεῖτο προσφέρεσθαι, τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ ἐπίσημον σήμαντρον (σταυρὸς δὲ τοῦτο ἀναγορεύεται), τεκτονεύεσθαί τε τοῦτον χρυσήλατον, μαργαρίτην τε περιβαλεῖν αὐτῷ καὶ τῶν Ἰνδικῶν λίθων τοὺς διαυγεῖς· εὐσεβέστερον γὰρ ποτνιώμενον ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ὁ καιρὸς αὐτὸν ἐξειργάζετο. ἀτὰρ ὁ Σολχάνης ἀξιαφηγητικώτατον καὶ παράδοξον ἔδρασεν ἐγχείρημα, βουλῆς τε ἀλκῇ τὸν ἀντιστράτηγον διεχρήσατο. Ῥοσᾶν γὰρ τὸν καὶ Ὁρμίσδαν παρὰ τῷ Περσικῷ οὕτω καλούμενον ἱππικῇ περιφράξας ἰσχύϊ P 121 κατὰ τῆς ἀντιστρατευσαμένης πληθύος ἐξέπεμπε. μάλιστα δὲ τῷ Ῥοσᾷ ὑπετίθετο δόλῳ τὰς ἐκβάσεις ἐπιτρέψαι τῆς ἐγχειρήσεως. ὁ μὲν οὖν Ῥοσᾶς ταῖς ὑποθήκαις τοῦ Σολχάνου μετ' ἐπιμελείας ἑπόμενος ἐχώρει πρὸς τὸ πολέμιον. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ὁ Ζαδεσπράτης ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Χαρχὰς παραγίνεται (κώμη δ' αὕτη παμφορωτάτη ὁμοῦ καὶ πολύανδρος), καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἐχόμενα ταύτης ἠγραύλιζεν. ὑποτοπάσας δ' οὗτος πολεμίαν ὄψιν, μή που ἐξαπιναίως αὐτῷ συγκυρήσειε, τῆς περὶ τῷ σῶμα φρουρᾶς προμηθίαν ἐτίθετο. οὐκοῦν ἐν τῷ πύργῳ τῷ ἀνὰ τὸν χῶρον ἱδρυμένῳ καὶ ἐκ λογάδων λίθων κεκτημένῳ τὴν σύνθεσιν τῇ δοκήσει κατεπαννυχίζετο τῆς δειλίας ἀπόκοιτος. ὁ τοίνυν B

videat. ipse angore et tyranni metu plenus, animum deiicitur, tandemque religiose in cuiusdam pietatis cogitationem ingreditur, iterumque ad deum principem rerum omnium sese convertit, ac venerandum Sergium martyrem, quem colere etiam barbarae nationes consueverant, supplici-ter rogitat uti laboribus ac miseriis suis ne desit: se illi dominicae passionis illustre monumentum, crucem, inquam, ex auro puro confectam et margaritis pellucidisque ex India lapillis variatam, victoriae suae primitias oblaturum. ita illum necessitas pie orare obtestarique docuerat. caeterum Solchanes admiratione, et memoria dignissimum facinus effecit, valentique consilio ducem adversarium e medio sustulit. Rosam quippe, alio nomine Hormisdam Persis, cum equestri robore contra infestam adventantium manum emittens, auctor Rosae fuit ut dolo et insidiis rem transigeret. Rosas Solchanis auctoritati studiose parens in hostem tendit. die sequenti Zadesprates Charchas, vicum omne genus fructuum efferentem et incolis frequentissimum, venit, et nocte proxima in eius agro manet, constitutis circum se diligenter custodibus, ne forte improviso, quod formidabat, ab hostibus appeteretur. erat ibidem munitio electo constructa lapide, in qua citra timorem totam noctem cubare se

Ῥοσᾶς οὐ πόρρω στρατηγοῦ ἀφικόμενος, ἐπεὶ διεγίνωσκε τὸν χῶρον ὅπου δὴ οὗτος πάννυχος κατηυνάζετο, ποδηγὸν δεξάμενος ἐς τὸ πρόσω ἐβάδιζεν. ἐπεὶ δὲ τῷ ἐχυρώματι προσεπέλασε, προθέειν προσέταττέ τινα τῆς δυνάμεως, λέξοντα τῷ στρατηγῷ ὑπὸ Βαρὰμ ἔσεσθαι ἄγγελον, καὶ ἐπίθετον αὐτῷ ἐπιφέρεσθαι δύναμιν. ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ὡσανεὶ φρούριον γεγονὼς μεσούσης νυκτός, τῇ πατρίῳ φωνῇ τοὺς περιφρουροῦντας φενακισάμενος, ἠξίου τῷ στρατηγῷ δι' αὐτῶν περιηχηθῆναι τὸ ἄκουσμα. ἐπί- C V 220 χαρι τοίνυν οἱ δείλαιοι τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενοι μεταπορθμεύουσιν ἐπὶ τὸν Ζαδεσπράτην τὸν λόγον, ὡς οἷα δὴ περὶ δεξιοῦ τινὸς καὶ συντονίας ἀξίου κατεπειγόμενοι. ὁ μὲν οὖν Ζαδεσπράτης ἔτι ἔξοινος ὢν καὶ ἡμικραίπαλος, ὑπὸ τοῦ ὕπνου διακοπτόμενος θαρρεῖν ἔλεξε Πέρσαις, ἀταλαιπωρήτως τὸν λόγον εἰσοικισάμενος, καὶ τὴν πυλίδα τοῦ φρουρίου διανοῖξαι προστάττει. τοῦτό τοι καὶ γέγονεν αὐτῷ αὐτοσχέδιός τε καὶ αὐθαίρετος θάνατος, ἀφορμὴν τοῦ κινδύνου τὴν ἀφροσύνην κρατησάμενος. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ῥοσᾶν εἰσρεύσαντες περὶ τὸ φρούριον τῇ μαχαίρᾳ τὴν παρρησίαν ἐδίδοσαν· ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ ἀδόκητον θεασάμενος βάραθρον, ἐπὶ τέγους οἰκίσκου γενόμενος ἠξίου παρὰ τῶν ᾑρηκότων σωτηρίαν ἀρύσασθαι. ἐπεὶ δὲ διηπειλεῖτο πυρὶ τὸ δωμάτιον ἀφανίζεσθαι, ἀφικνεῖται πρὸς τὸ πολέμιον. τοίνυν τοῦτον καρατομήσαντες οἱ ἀντίπαλοι, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ φρουρίῳ λαφυραγωγησάμενοι, ἧκον παρὰ τὸν Σολχάνην τήν τε κεφα-

14. διανοίξας IP.

ordinem coniunctionemque dirimit. quo facto reliquum copiarum Varami labefactatum est, et Narses manu superior ab equis deiiciebat equites, et hastis pedites prosternebat. Romanis itaque vehementer incumbentibus, et ingenti per campum strage edita, sex millia Babyloniorum in collem quendam fuga elabentes saluti consulunt. Romani colle circumdato fugitivis potiuntur, et complures ad Chosroen vinctos adducunt, qui eorum partim ensibus mactandos, partim elephantorum pedibus per ludibrium conculcandos exponit. at ubi quosdam de captis Turcas esse cognovit, eos ad Mauricium missos tanquam victoriae primitias offert, Romanamque virtutem commendat. horum frontibus dominicum signum, quod Christianae religionis cultores crucem appellant, impressum ostentabatur. itaque imperator barbaros percunctari quid hac nota sibi vellent. illi se a matribus eam sortitos referre: nam cum Scythas Orientales dira ac pestifera lues corripuisset, quosdam Christianos suasisse uti in puerorum frontes huiuscemodi figuram imprimerent. quae monita quia barbari nequaquam sprevissent, ex eo sospitatos esse. (11) Romani porro (ad carceres enim orationem revocabo) tabernaculum tyranni di-

ράννου τὰ σκηνοπήγια, γυναῖκά τε καὶ παῖδας τόν τε κόσμον τὸν χρύσεον τήν τε βασίλειον παρασκευήν. τὰ μὲν οὖν τιμιώτερα τῷ Χοσρόῃ παρείχοντο, ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς σκύλοις μεγαλοφρονῶν
P 134 πρὸς τὸ σοβαρώτατον προσεχώρησε. ἡλίου δὲ κλίναντος ὁρῶσι Ῥωμαῖοι τοὺς ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων ἱδρυμένους βαρβάρους ἀκροβολιζομένους καὶ τῷ τόξῳ χρωμένους. καὶ διὰ τοῦτο τούτους περιστοιχίσαντες δευτέρας μάχης κρατοῦσι, τά τε θηρία ζωγρήσαντες τῷ Χοσρόῃ παρείχοντο. τοῦ πολέμου τοίνυν τοιοῦτό τι πέρας ἐπενεγκαμένου, ἐς τὸν ἑαυτῶν χάρακα Ῥωμαῖοι ἐπανέζευξαν, ἤδη που τῆς νυκτὸς ἀνισχούσης αὐτοῖς. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐξ ἑωθινοῦ ἡ Ῥωμαϊκὴ πληθὺς συναθροίζεται, καὶ τῶν τεθνηκότων
B σκυλεύει τὰ σώματα. μεγάλων τοίνυν αὐτοῖς γεγονότων κτημάτων, εἰς τὴν βασίλειον τοῦ Χοσρόου χωροῦσι σκηνήν. ὁ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ κατ᾽ ἴχνους τοῦ Βαράμου χιλιάδας ἐπεστράτευσαν δέκα, κεχειροτονηκότες ταξιάρχας αὐτοῖς τὸν τῶν Χαλκιδέων ταγμάτων ἡγούμενον· Βεσταμίῳ δὲ τὴν βάρβαρον ξυμμαχίαν ἐδίδοσαν. τριταῖοι τοίνυν ἐναυλισθέντες Χοσρόης τε καὶ Ῥωμαῖοι ἀνὰ τὸν πολέμιον χῶρον, ἀπαλλάσσονται τῇ τετάρτῃ ὀδωδότων τῶν τεθνεώτων αὐτοῖς, καὶ τὸ πνῖγος τῆς κακοσμίας φέρειν οὐκ ἔχοντες. παραγίνονται γοῦν ἄγχιστα πόλεως τοῦ Κανζάκου. βασιλεὺς δὲ Χοσρόης ἐπὶ τοῖς συνενεχθεῖσιν
C αὐτῷ καταγαυριώμενος ἐπινίκια εἱστία Ῥωμαίους. αὐτὸς δὲ διέτριβεν ἀνὰ τὴν στιβάδα, καταψαλλόμενός τε καὶ καταυλούμενος, ὡς ἔθος Πέρσαις καθέστηκε παιανίζουσι. δεκάτην δὲ τῷ χώρῳ ἐνδιατρίψας ἡμέραν, ἐπείπερ συνεῖδε Μαρινόν τε καὶ Βε-

13. ὁ — στρατοῦ] an οἱ — στρατηγοί?

ripiunt, uxores, inquam, et filios et ornamenta aurea et apparatum regium; potioraque Chosroae donant. qui e spoliis tantis superbia et fastu praeceps abiit. sub vesperam Romani barbaros elephantis insidentes ex arcubus iaculari conspicantur. quamobrem eos circumfundentes secunda pugna vincunt, bestiasque vivas Chosroae transdunt. praelio hunc in modum finito, Romani in castra nocte iam ingruente se restituunt. mane postridie congregantur et ad spolia cadaveribus detrahenda discurrunt, atque in regium Chosroae tentorium optimam praedam important. Romanus exercitus Varami decem millia, Chalcidensium legionum praefecto sibi pro duce electo, et Bestamio sociorum barbarorum ducatu commisso, per vestigia insequitur. Romani et Chosroes cum in hostili solo triduum contrivissent, die quarto cadaverum graveolentiam non ferentes alio viam invadunt et ad urbem Canzacum adveniunt. Chosroes rex eventis adeo felicibus tumidus Romanos triumphali convivio excipit: ipse in throno recumbens fidibus et tibiis victoriam canentium, ut Persis mos est, oblectatur. decimum autem diem in loco illo

στάμιον ὡς αὐτὸν παλινδρομήσαντας ἐκ τῆς τοῦ Βαράμ διώξεως, τήν τε τῶν ἐχθρῶν ἀποφοίτησιν ἐπισημοτάτην ἐγνώρισε, τοὺς μὲν Ῥωμαίους ἐσέλκει πρὸς τὰ οἴκοι, αὐτὸς δὲ τὴν Περσικὴν φάλαγγα συναθροίσας τῇ Βαβυλῶνι προσομιλεῖ, ἄξιον οὐδὲν περὶ τοὺς συμμαχηκότας Ῥωμαίους ἐπιδειξάμενος. οἱ μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ ἐπιμύθιον τοῖς λόγοις τῷ βαρβάρῳ ἐξῄεσαν, μὴ ἀμνημονεῖν τῆς γεγονυίας αὐτῷ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων φιλοφροσύνης τε καὶ σωτηρίας. τοίνυν τούτους που αὐτῷ τοὺς λόγους ἐναποθέμενοι ἐπανῄεσαν οἴκαδε οἱ Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ Χοσρόης δεδοικὼς μή που δολοφονία τις ὑποσταίη αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ἐδεῖτο Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἐς τὴν τοῦ σώματος φρουρὰν χιλίους ἐκ τοῦ ὁπλιτικοῦ παραπέμπεσθαι.

12. Λόγος δὲ ὡς ἡμᾶς ἐξεφοίτησε πρὸς τῇ Ἱερᾷ πόλει τὸ D V 23
τηνικαῦτα καιροῦ Γολινδοὺχ γενομένην, κατὰ τὴν Χοσρόου πρὸς τὰ βασίλεια κάθοδον. ἀλλὰ τίς καὶ πόθεν, κατὰ τὴν ποίησιν, λελέχθω τὸ γύναιον· μὴ γὰρ οὖν ἀφελώμεθα τὴν περὶ ταύτης διήγησιν, μεγίστοις σεμνολογήμασιν οὖσαν κατάκοσμον. τίκτε- P 135
ται μὲν οὖν αὕτη ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας, μάγοι δὲ τὸ γένος αὐτῆς· πατὴρ δὲ τῶν ἐπιφανῶν σατραπευόντων ἐφορολογεῖτο τὸ Περσικόν. ἐπεὶ δὲ ἀκμὴ ἐπέστη αὐτῇ, ὥρα λάμπουσα ἐς γάμον, ἀνδρὶ τῶν ἐπισήμων ἐκδίδωσι. συνεστιωμένη δέ ποτε τῷ ἀνδρὶ ἔδοξεν ἐξαπιναίως γεγονέναι πάρετος, εἶτα ἀκίνητος διαμένειν τῷ σώματι, καὶ τὰς αἰσθήσεις πολλῷ ὕστερον ἐπανήκειν πως ἐς αὐτήν. ἐπεὶ δὲ οἱ θεαταὶ τοῦ πάθους, εἴγε καὶ πάθος δεῖ τήνδε

moratus, ut Marinum et Bestamium ab insectatione Varami ad se reversos conspexit, discessumque hostium apertissime intellexit, Romanos uti domum redeant blande monet. ipse coacta phalange Persica Babylonem abit, nihil dignum pro auxilio iis remensus. caeterum duces Romani, tanquam *ἐπιμύθιον* sermonum suorum illi relinquentes, monuerunt ne unquam Romanorum benevolentiae, per quam salutem esset adeptus, oblivione caperetur. his verbis apud eum repositis domum remigrarunt. metuens tamen Chosroes ne ab indigenis per fraudem occideretur, a Mauricio petiit uti ad custodiam corporis mille sibi gravis armaturae mitteret.

12. Refert autem fama, quo tempore Chosroes in regiam redierit, feminam vixisse apud Hierapolim Golinducham nomine. sed quae et undenam fuerit, secundum poetam, dicatur sane, ut magnificentissima narratione perfruamur. nata est Babyloniae e magorum familia. pater eius de illustribus praefectis vectigalibus Persicis exigendis praeerat. postquam vero aetate florescens viro tempestiva esse coepit, homini nobili desponsa est. forte epulis cum marito accumbebat, cum visa est repente viribus defici manereque immoto corpore et longo intervallo sensibus convalescere. qui casum intuebantur, si modo divinam hanc ecsta-

τὴν θείαν ἀποφαίνεσθαι ἔκστασιν, διεπυνθάνοντο τί ἂν εἴη τὸ συμβεβηκὸς τῇ νεάνιδι, ἔλεξε τάδε. "μεγάλας που ἐν οὔδεϊ τεθέαμαι ἐναποκειμένας ποινάς, μεγάλων τε ἀγαθῶν πρεσβευομένην B τρυφὴν τοῖς τὸν μέγιστον προσκυνοῦσι θεόν, ὃν δὴ Χριστιανοὶ θρησκεύοντες καθεστήκασι Πέρσαις ὑπόθεσις γέλωτος." ὁ μὲν οὖν ἐκείνης γαμέτης ἐξεμυκτήριζε τοῦ γυναίου τὰ ῥήματα, ὅτε δέ που ἑδραίαν αὐτῆς τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν τῆς θρησκείας μετάθεσιν κατενόησε, σωφρονίζειν ἐδόκει ῥαπίζων· ἠπείλει δὲ καὶ θάνατον εἶναι ζημίαν αὐτῇ, ὡς θέμις Πέρσαις ποιεῖν τοῖς τὰ μάγων ἀθετήσασι δόγματα. ἡ μὲν οὖν τῷ θείῳ ἔρωτι πτερωθεῖσα τὸν νοῦν, τὰ ὦτά που καταβύουσα, ταῖς αὔραις διαχεῖσθαι τοὺς λόγους παρείχετο. γίνεται τοίνυν τῷ γυναίῳ καὶ ἑτέρας θείας κρείττονος ἐπιφοιτήσεως ἔλλαμψις· ἄγγελος γὰρ ἐφε- C στήκει αὐτῇ, τήν τε μορφὴν καὶ τὴν ἐσθῆτα λαμπηδόνος φαιδρότερος, καὶ πάλιν αὐτῇ τὴν τῶν φθασάντων θέαν ἐδείκνυε, προηγόρευέ τε καὶ τὸν ὅσον οὔπω τοῦ συνευνέτου θάνατον. ὁ μὲν οὖν τοῦ γυναίου γαμέτης καταλύει τὸν βίον κατὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου προαναγόρευσιν, τὸ δὲ γύναιον τὴν Βαβυλωνίαν καταλιπὸν πρὸς τὴν Νίσιβιν γίνεται, τοῖς τε τῶν Χριστιανῶν ἱερεῦσι περιτυχὸν ἀνθομολογεῖται τὰ μεγαλεῖα τοῦ πνεύματος. μυεῖται γοῦν παρ' αὐτῶν ταῦτα δὴ τὰ τῶν Χριστιανῶν θεῖα ὄντως καὶ ἀπόρρητα δόγματα. ἐπεὶ δὲ τοῖς μάγοις τοῦτο κατάδηλον γέγονεν, ἐς ἀναζήτησιν γίνονται τοῦ γυναίου. ἧκον γοῦν εἰς τὴν Νίσιβιν, καὶ τὰ μὲν πρεσβύτερα τῆς ἀξιώσεως ἐν κολακείαις αὐτοῖς παρεσκεύαστο, ἐντεῦθεν ἀποβουκολῆσαι πειρωμένοις τὴν ἄνθρωπον·

sin casum nominare licet, adolescentulam interrogant quid ei acciderit. respondet acerbas se alicubi sub terra poenas constitutas, magnorum contra bonorum delicias deum maximum colentibus decretas vidisse, quem Christiani religiose venerantes a Persis irrideantur. tum vir eius verba subsannare, perspectoque constanti illius Christianismi complectendi proposito, fustibus impingendis ad sanitatem reducturum arbitrari; necem insuper minitari, quam Persae more maiorum illis inferunt qui magorum dogmata aspernantur. sed illa divino amore mentem erecta aures claudere, dicta in vento et aqua scribere. eidem alia quaedam divina praestantiorque illustratio contigit. astitit enim angelus, forma et veste fulgentissimus, iterum priora ei spectacula exhibens, et mox futurum mariti obitum praenuntians. praedicta eveniunt, maritus diem suum obit. mulier relicta Babylonia Nisibin proficiscitur, ibique Christianorum sacerdotes nacta vicissim confitetur magnalia spiritus, atque ab iis sacerdotibus vere coelesti et arcana Christianorum disciplina initiatur. hoc ut magi compererunt, eam requisitum se in viam dant, Nisibi adsunt, et blanditiis potissimum agunt, indeque abducere secum

ἐπεὶ δὲ νικῶνται καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς ἀδρανής, ἐν εἱρκτῇ σκληρᾷ D
τὸ γύναιον χρόνῳ πολλῷ κατακλείουσι. τοῦ τοίνυν πάντα θεοῦ περισκοποῦντος καὶ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἐν οὐδενὶ χρόνῳ καταλιμπάνοντος ἐπικουρίᾳ τοῦ ἐπιστατοῦντος ἀγγέλου αὕτη τῆς φυλακῆς ἐξεχώρησε καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀφίκετο γῆν. ἡ μὲν οὖν ἄχρι τῶν Ἱεροσολύμων ἐπελθοῦσα διεκήρυττε τὴν ἐπιφανῆ τοῦ θεοῦ καὶ ἀδιήγητον μεγαλειότητα, εὐχάς τε ἀποδομένη ἐν τῷ παναγεῖ μνημείῳ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τόν τε σταυρὸν τῶν παθημάτων κατασεβασθεῖσα τῷ προσκυνήματι ἐς τὴν Ἱερὰν ἐπανέδραμε πόλιν. πολλά τε περὶ τῶν ἐσομένων τῷ Χοσρόῃ προαναγορεύσασα, τήν τε προσχώρησιν αὐτοῦ Ῥωμαίοις πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἄρξεως καταμηνύσασα, βίον τε ἰσάγγελον πολιτευσαμένη, καὶ ὡς πρέπει τοῖς ἁγίοις τὰ εἰς P 136
ψυχὴν καὶ σῶμα ὁρῶντα, ἀπέστη τῶν τῇδε, τὸν τῆς καρτερίας στέφανον ἀκηράτοις ἀναδησαμένη τροπαίοις.

13. Ὁ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς σωματοφύλακας ἐς B V 231
Χοσρόην ἐξέπεμπεν. ἐς νοῦν τοίνυν βαλόμενος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὴν ἄνωθεν αὐτῷ τῆς ἐπικουρίας γεγονυῖαν ῥοπήν, τῷ ἐν μάρτυσιν ἐπιφανεστάτῳ Σεργίῳ σταυρὸν ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, λιθοκόλλητον, δῶρον ἐξέπεμπεν, ὃν δῆτα Χοσρόης ὁ Καβάδου τὸ ἄστυ παραστησάμενος, λαφυραγωγήσας, ἐν τοῖς τῶν Περσῶν ἀνακτόροις ἀπέθετο, ἔτι τὸ Ῥωμαϊκὸν σκῆπτρον Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιβαίνοντος. ἐν τούτῳ γοῦν τῷ σταυρῷ ἕτερον Χοσρόης ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ σταυρὸν

feminam conantur. cum verbis actum agerent, tetro carceri eam longo tempore includunt. sed auxilio dei omnia circumspicientis, eamque nullo tempore absque testimonio sibi relinquentis, angelo apparente e custodia exit, atque Romanorum provinciae succedens apud Hierosolymam insignem et inenarrabilem dei magnificentiam divulgat, sacrisque precationibus ad sepulcrum magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi effusis, et crucem passi monimentum similiter venerata, Hierapolim regressa est, multaque eventura Chosroae vaticinata, cum etiam Romanis de eius ad ipsos perfugio ac transitione, antequam fieret, praedixisset, et vita exemplo angelico, atque ut decet sanctos, tum animo tum corpore traducta ab his rebus mortalibus discessit, tolerantiaeque corona cum triumpho sempiterno redimita est.

13. Romanorum imperator custodes corporis ad Chosroen mittit, qui animum ad memoriam opis de coelo sibi praestitae revocans, Sergio martyri clarissimo crucem ex auro fabrefactam lapillisque insertis variatam pro munere offert; quam crucem Chosroes Cabadae filius urbe recepta in praeda repertam in Persarum regia reposuerat, Iustiniano adhuc rerum Romanarum potiente. in apice crucis huius Chosroes ex auro

ἐτεκτήνατο, τὴν αἰτίαν ἐντυπώσας ἐν αὐτῷ τοῦ ἀναθήματος.
C ἐπιστολὴν δὲ δὴ Ἑλληνικοῖς γράμμασιν ἅμα τῷ κειμηλίῳ ἐς τὸ λεγόμενον βαρβαρικὸν παρεπέμπετο. ὑπεγέγραπτο δὲ τῇ ἐπιστολῇ καὶ βασιλικὴ ὑποτύπωσις. τὰ δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἐν τούτοις δῆτα ἐτύγχανεν ὄντα· οὐκ ἀμείψω γὰρ τῆς λέξεως τὸ ἀρχέτυπον.

"Τοῦτον τὸν σταυρὸν ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς Ὁρμίσδου, ὅτε ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ κακουργίας τοῦ δυστυχεστάτου Βαρὰμ υἱοῦ Βαργουσνᾶ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καβαλλαρίων εἰς Ῥωμανίαν ἀπήλθομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν
D δυστυχῆ Ζαδεσπράτην ἐκ τοῦ στρατοῦ εἰς τὸ Νισίβιος ἐπὶ τῷ ὑποσῦραι τοὺς καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ Νισίβιος εἰς τὸ ἀντᾶραι καὶ συνταράξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίους μετ' ἄρχοντος εἰς τὸ Χαρχάς, καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνομαστοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν, μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἑβδόμῃ, ᾐτησάμεθα, ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι ἡμῶν σφάξωσι τὸν Ζαδεσπράτην ἢ χειρώσωνται, σταυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα. καὶ τῇ ἐννάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ζαδεσπράτου ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν. ἐπιτυχόντες οὖν τῆς αἰτήσεως ἡμῶν, διὰ τὸ ἑκάστῳ ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τὸν σταυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον, μετὰ

2. δὴ] δι' IP.

obryzo crucem aliam conficiendam, in eaque caussam dedicationis huius incidendam curaverat. epistolam porro Graece conscriptam cum subscriptione sua, simul cum pretioso illo donario, in barbaricum, quod dicitur, mittit. epistola ad verbum haec continebat: nihil enim de primis eius vocibus immutabo.

"Hanc crucem ego Chosroes, rex regum, filius Hormisdae, quando ob instinctum diabolicum sceleratamque molitionem perditissimi Varami, filii Bargusnae, et quos secum habuit caballariorum, in Romaniam profugere coacti sumus. et quia veniebat nefandus Zadesprates ab exercitu Nisibim, ut partis Nisibenae caballarios abduceret, qui nos oppugnarent et conturbarent, nos quoque caballarios cum duce Charchas misimus. et confisi ope auxilioque sancti maximeque venerandi et celebris Sergii, quem petitionibus ac votis annuere solere audiveramus, anno primo regni nostri, mensis Ianuarii die septimo, vovimus, si caballarii nostri Zadespraten occidissent aut vivum cepissent, crucem auream gemmis ornatam in eius templum, propter nomen ipsius inprimis venerabile, missuros. ac die nono mensis Februarii caput Zadespratae ad nos allatum est. quapropter voto nostro damnati, ut id cuilibet certo constet, in venerando eius nomine crucem a nobis factam, cum ea quam Iustinia-

τοῦ πεμφθέντος σταυροῦ παρὰ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀμιξίας τῶν δύο πολι- P 137 τειῶν ἐνεχθέντος ἐνταῦθα παρὰ Χοσρόου βασιλέως, υἱοῦ Καβάδου, τοῦ ἡμετέρου πατρός, καὶ εὑρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς, ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πανσέπτου Σεργίου."

Ὁ μὲν οὖν σατράπης κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτῷ ἀπέδοτο τὸν σταυρὸν τά τε γράμματα τοῦ βασιλέως. τῷ δὲ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς ἀναγορεύει βασίλειαν Σιρήν, γένους Ῥωμαϊκοῦ (ἦν δὲ θρησκείας Χριστιανῶν), εἰς ὥραν ἀνθοῦσαν γάμῳ ταύτῃ κατευνασθείς, κἀντεῦθεν παραχαράττων τῶν Βαβυλωνίων τὰ νόμιμα. (14) τρίτῳ δὲ ἔτει καὶ ἠντιβόλει τὸν B δραστικώτατον ἐν Περσίδι Σέργιον παῖδα ἐκ τῆς Σιρῆς δοθῆναι V 232 αὐτῷ. μετ' οὐ πολὺ δὲ τούτου γεγονότος αὐτῷ, δώροις καὶ αὖθις γεραίρει τὸν εὐεργέτην εἰκότως. ἐπιστολὴν δὲ ἐξέπεμψεν Ἑλληνικῇ συμφράσει χρησάμενος. εἶχε δὲ ἡ ἐπιστολὴ ἐπὶ λέξεως οὕτως.

"Τῷ μεγαλομάρτυρι Σεργίῳ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων. ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς Ὁρμίσδου, τὰ δῶρα τὰ μετὰ τοῦ δίσκου ἐξέπεμψα οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἵνα ἐκ C τῶν λόγων μου τὸ μέγεθος τοῦ πανσέμνου σου ὀνόματος γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν τῶν γενομένων καὶ τὰς πολλὰς χάριτας καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔσχον παρὰ σοῦ· εὐτυχία γάρ μοί ἐστιν, ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σου σκεύεσιν. ἐν τῷ εἶναί με ἐν τῷ Βεραμαῖς ᾐτησάμην παρὰ σοῦ, ἅγιε, ἐλ-

nus Romanorum imperator in aedem eius miserat, discordiis belloque quod inter se duo regna gesserant, a Chosroae, regum rege, Cabadae filio, avo nostro, huc asportata atque in thesauris nostris inventa, in templum Sergii summe venerandi misimus."

Satrapa iussibus obsecutus, crucem cum litteris regiis reddit. anno dehinc proximo Persarum rex Siram, genere Romanam, et religione Christianam, quam aetate florentem connubio sibi copularat, reginam publicitus appellat, et in eo Persarum leges atque instituta negligit. (14) tertio autem anno Sergio Persidis martyri efficientissimo pro filio ex Sira suscipiendo supplicat. nec ita diu post rursum benemerentem suum donis, et quidem iure honorat, adiuncta epistola Graece composita, quae ad verbum sic sonat.

"Magno martyri Sergio Chosroes rex regum. ego Chosroes, rex regum, filius Hormisdae, haec dona cum disco misi, non sane ut ab hominibus spectentur, neque ut ex verbis meis perquam venerandi nominis tui amplitudo cognoscatur, sed ad prodendam gestorum veritatem multasque gratias et beneficia, quae in me contulisti. etenim felicitatem meam interpretor, nomen meum in sacris vasis tuis conspici. cum versarer Berramis, oravi te, vir sancte, ut me auxilio tuo adiuvares et

θεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν Σιρήν. καὶ ἐπειδὴ ἡ Σιρὴ Χριστιανή ἐστιν κἀγὼ Ἕλλην, ὁ ἡμέτερος νόμος ἄδειαν ἡμῖν οὐ παρέχει Χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν. διὰ οὖν τὴν D ἐμὴν πρὸς σὲ εὐγνωμοσύνην εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ ταύτην ἐν γυναιξὶν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔσχον καὶ ἔχω, καὶ οὕτως συνεῖδον νῦν δεηθῆναι τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν αὐτήν. καὶ ᾐτησάμην, καὶ συνεταξάμην ἵνα, ἐὰν ἐν γαστρὶ συλλάβῃ Σιρή, τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ. καὶ τούτου ἕνεκεν κἀγὼ καὶ ἡ Σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν, ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σου, ἅγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν. καὶ συνείδομεν ἀντ' αὐτοῦ τὴν τιμήν, μὴ συντείνουσαν περαιτέρω τῶν P 138 τετρακισχιλίων τριακοσίων στατήρων μιλιαρησίων, πεντακισχιλίους στατῆρας πέμψαι. καὶ ἐξ οὗ τὴν τοιαύτην ἐν ἐμαυτῷ ἔσχον αἴτησιν καὶ ταῦτα διελογισάμην, ἕως οὗ ἐφθάσαμεν εἰς τὸ Ῥοσωχοσρών, δέκα ἡμερῶν πλέον οὐ διῆλθον, καὶ σύ, ἅγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναί με ἄξιον ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτός, καὶ τρίτον εἶπές μοι ὅτι ἡ Σιρὴ ἐν γαστρὶ ἔχει. κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀνταπεκρίθην σοι λέγων, καλῶς, καλῶς, καλῶς. καὶ διὰ τὴν σὴν ἁγιωσύνην καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ διὰ τὸ πάνσεπτόν σου ὄνομα, καὶ διὰ τὸ εἶναί B σε δοτῆρα τῶν αἰτήσεων, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ Σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυναιξὶν οὐκ εἶδεν. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδίστασα εἰς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς λόγοις σου ἐπίστευσα, καὶ ὅτι ἅγιος εἶ καὶ ἀληθινὸς

Sira conciperet. et quanquam illa Christiana esset, ego vero Graecorum sacra colerem, ut per leges nostras habere illam in matrimonio non possem, tamen propter meam erga te pietatem legum securus hanc duxi, eamque prae caeteris uxoribus in dies sincero affectu et amo et amavi. atque ita constitui, bonitatem tuam rogare uti Sira foetu gravida fieret. et rogavi, et decrevi plane, si concepisset, crucem quam in collo gestaret, ad venerabilem aedem tuam mittere. et huius rei causa ego et Sira istuc consilii cepimus, uti ad monumentum nominis tui, vir sancte, hanc crucem apud nos retineamus, placuitque nobis pro ea pretium quatuor millium trecentorum staterum miliaresiorum non excedente, quinquies mille stateres mittere. ex quo autem huiuscemodi postulationem apud animum concepi et haec mecum cogitavi, donec Rhosochosrum pervenimus, non plus decem dies abierunt, cum tu, sancte, non quod ego sic meritus essem, sed quia bonus es, mihi te per quietem obtulisti, tertiumque dixisti Siram esse gravidam. in eodem viso tibi respondi, bene est, bene est, bene est. ac propter sanctitatem et misericordiam, propterque summe colendum nomen tuum, et quia preces ac vota exaudis, ex illo die Sirae, quod feminis solet, accidere desiit. ego porro de hoc non dubitavi, sed verbis tuis fidem habui, ac te sanctum vere-

δοτὴρ τῶν αἰτήσεων. μετὰ τὸ ταύτην τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεῖναι, ἐκ τούτου ἔγνων τὴν δύναμιν τοῦ ὁράματος καὶ τὴν τῶν παρὰ σοῦ ῥηθέντων ἀλήθειαν. παρ' αὐτὰ οὖν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σταυρὸν καὶ τὴν τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ, κελεύσας ἐκ τῆς τούτου τιμῆς δίσκον ἕνα καὶ ποτήριον ἓν γενέσθαι εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων, ἀλλὰ μὴν καὶ σταυρὸν γενέσθαι καταπηχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς τιμίας τραπέζης, καὶ C θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυσᾶ, καὶ ἀμφίθυρον Οὐννικὸν κεκοσμημένον χρυσίῳ. τὰ δὲ λοιπὰ μιλιαρήσια εἶναι τοῦ ἁγίου οἴκου, ἵνα διὰ τῆς τύχης σου, ἅγιε, εἰς πάντα, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν αἴτησιν ταύτην εἰσέλθῃς εἰς βοήθειάν μου καὶ Σιρῆς. καὶ ὃ διὰ τῆς πρεσβείας γέγονεν ἡμῖν τῷ ἐλέει τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ τῷ θελήματί μου καὶ Σιρῆς εἰς τέλεον προέλθοι, ἵνα κἀγὼ καὶ ἡ Σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ εἰς τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν καὶ εἰς σὲ ἔτι πιστεύωμεν."

15. Εἰς τάχος τοιγαροῦν ὡς τὸ τέμενος ὁ ἀποσταλεὶς D V 233 ἀφικνεῖται, τὰ δὲ δῶρα τὰ τοῦ βασιλέως ἅμα τοῖς γράμμασιν ἐν τῇ ἱερᾷ περιέθετο τραπέζῃ.

Ὁ δὲ Βαρὰμ μὴ χειρωθεὶς ὑπὸ Χοσρόου ἐξαίσιον ὑπεκρούσατο κίνδυνον. τοιγάρτοι τῶν Περσῶν βασιλεὺς πάντας τοὺς κεκοινωνηκότας τῇ τυραννίδι ὀλέθρῳ παρέδοτο, αὐτόν τε Βινδόην τοῖς τοῦ Τίγριδος ἐγκάτοις κατέθετο ὡς οἷα δὴ κατὰ βασιλέως χεῖρας ἐκτείναντα. αἱ δὲ σπονδαὶ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν P 139

7. γενέσθαι καὶ πηχθῆναι IP.

que petitorum datorem credidi. et cum illa menses suos non pateretur, vim ac potestatem visi illius dictorumque abs te veritatem perspexi. ob id igitur ipsam crucem et pretium eius in venerandam aedem tuam misi, iussique et ex eo discum unum poculumque unum ad usum divinorum mysteriorum fieri; quin etiam crucem in sacrosancta mensa figendam et turibulum, omnia aurea, et Hunnicum quod utrinque aperiretur, auro ornatum fieri mandavi. reliqua miliaresia sancto templo tuo relinqui, ut praesidio tuo, sancte, in rebus omnibus, potissimum vero in hac petitione me Siramque respicias, quodque tuis precibus misericordiaque bonitatis tuae nobis concessum est, pro utriusque nostrum desiderio opere ipso perficiatur, ut ego et Sira adeoque mortales universi in potentia tua spem collocemus, atque in te credamus."

15. Qui missus erat, celeriter ad templum perveniens dona regis cum epistola in sacra mensa exponit.

Varamus a Chosroe non captus periculum magnum effugit. proinde rex, quotquot cum eo in tyrannide communicaverant, spiritu privavit, ipsumque Bindoem, ut qui manus contra regem extendisset, in medium Tigridem demersit. foedera inter Romanos et Persas pari aequitate coli

ἐν ἴσῃ μοίρᾳ προέρχονται. καὶ οὕτω δῆτα ἐνδόξως ὁ μέγας τε καὶ Περσικὸς ἐκεῖνος Ῥωμαίοις κατεπέπαυτο πόλεμος.

Οὐκ ἂν δὲ περιόψομαι καὶ ὅσα λέγεται Χοσρόην τὴν περὶ τοὺς ἀστέρας τῶν Χαλδαίων ἐξησκημένον πολυάσχολον ματαιότητα προαναγορεῦσαι κατὰ τὴν τοῦ πολέμου ἀκμήν. τοῦ γὰρ στρατηγοῦ Ἰωάννου τῆς τῶν Ἀρμενίων δυνάμεως εὐδοκίμου αὐτῷ ἐπιτιμοῦντος ἀκοσμίας ἕνεκα, καὶ ὡς οὐ δεῖ βασιλέα σκαιὸν πεφυκέναι τοὺς τρόπους τάς τε τῆς ψυχῆς ὁρμὰς ὑπεῖναι ἀλλόκοτον, φασὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν λέξαι τὸν βάρβαρον "εἰμή περ
B ὑπὸ τοῦ καιροῦ ἐτυραννούμεθα, οὐκ ἂν ἐθάρρησας, στρατηγέ, τὸν μέγαν ἐν ἀνθρώποις βασιλέα βάλλειν τοῖς σκώμμασιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς παροῦσι μέγα φρονεῖς, ἄκουσον δὴ ἃ τοῖς θεοῖς ἐς ὕστερον μεμελέτηται. ἀντικαταρρεύσει, εὖ ἴσθι, ἐς τοὺς Ῥωμαίους ὑμᾶς δεινά. ἔσεται δὲ τὸ Βαβυλώνιον φῦλον τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας κρατοῦν τρίτην κυκλοφορικὴν ἑβδομάδα ἐτῶν. μετὰ δὲ τοῦτο πεμπταίαν ἑβδομάδα ἐνιαυτῶν Ῥωμαῖοι Πέρσας δουλαγωγήσετε. τούτων δὴ διηνυσμένων, τὴν ἀνέσπερον ἡμέραν ἐνδημεῖν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὴν προσδοκωμένην λῆξιν ἐπιβαίνειν τοῦ κράτους, ὅτε τὰ τῆς φθορᾶς παραδίδοται λύσει καὶ τὰ τῆς κρείττονος διαγωγῆς πολιτεύεται." οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ ὁ Πρόβος
C τῆς Χαλκηδονέων πόλεως τὴν ἀρχιερατικὴν φροντίδα περιεβάλετο, καὶ ἤκουσέ που παρὰ Χοσρόου παράδοξα. τοῦ γὰρ αὐτοκράτορος Μαυρικίου τοῦτον ἐς Κτησιφῶντα πρὸς Χοσρόην ἐπαποστείλαντος, ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ τινὶ μετάκλητον εἰς τὰ

3. τὴν deest IP.

coepta. hoc tandem modo acre illud et Persicum bellum a Romanis non sine gloria finitum atque compositum est.

Non praeteribo autem quae Chosroes, in operosa inanitate astronomiae Chaldaeorum exercitatus, flagrante adhuc bello praedixisse fertur. etenim cum Ioannes Armeniarum copiarum dux clarissimus de soluta disciplina, de moribus regiae personae indecoris et absurdis cupiditatibus eum obiurgaret, aiunt ita respondisse. "nunquam tu auderes, mi dux, in magnum inter homines regem scommata iacere, nisi iniqua nobis tempora dominarentur. quia vero praesentia tibi spiritus faciunt, audias licet quid dii immortales in futurum constituerint. scias velim calamitates in vos Romanos redundaturas. gens Babylonica, tribus in orbem actis annorum hebdomadibus, Romanorum tenebit imperium. post per quinque annorum hebdomadas Romani Persas servitio prement. secundum quae dies sine vespera hominibus illucescet, expectatusque imperii finis aderit, et abolita corruptione melior vivendi ratio inducetur." non multo post etiam Probus, Chalcidensium creatus episcopus et a Mauricio Ctesiphontem legatus, ab eodem admiranda audivit. meridie enim qua-

ἀνάκτορα τοῦτον εἰσποιησάμενος, ἱδρῶτι περιρρεόμενος τῆς θεομήτορος εἰκόνα ἠξίου παρὰ τοῦ ἱερέως θεάσασθαι. ἐπιφερόμενος οὖν ὁ ἱερεὺς τὸ ταύτης ἴνδαλμα ἐν πυκτίῳ ἐδίδου ἐς θέαν ἐλθεῖν τῷ Περσῶν βασιλεῖ. ὁ δὲ προσκυνήσας τὸν πίνακα, ἔφασκε παρεστάναι αὐτῷ τὸ τούτου ἀρχέτυπον, φῆσαί τε πρὸς αὐτὸν τὰς Ἀλεξάνδρου νίκας αὐτῷ τοῦ Μακεδόνος χαρίσασθαι. καὶ τὰ ἤδη που γεγονέναι, ἀπολαβόντος Χοσρόου τὴν ἐς τὰ βα- D σίλεια κάθοδον τῶν τε τυράννων ἐπικεκρατηκότος ῥώμῃ τε καὶ δυνάμει τοῦ αὐτοκράτορος, διεξῄει ὁ Πρόβος. καὶ περὶ τὴν Νινευὶ ἧκε πολυλείψανα τῆς ἐπὶ τῆς Βαβυλῶνος ἐγχειρηθείσης τοῖς ἀνθρώποις πυργοποιίας ὑπεῖναι, τήν τε πλίνθευσιν, καθὰ τῷ ἱεροφάντῃ Μωσῇ διηγόρευται, εἶναι λίαν ἐπιμελῶς ἐξοπτηθεῖσαν πυρί.

Ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ Περσικοῦ πολέμου τῇ συνθήκῃ τῆς ἀφηγήσεως ὡς οἷόν τε ἦν ἀπετερματίσαμεν τὴν ὑπόθεσιν, πρὸς τὰ τῇ Εὐρώπῃ πραχθέντα χωρείτω αὖθις ὁ κάλαμος, τὰς βίβλους ναυτιλλόμενος μέλανι, ὅπως ἐπὶ τὸν λιμένα τοῦ σκοποῦ καθορμιζόμενος, καὶ τὰς ἐπιφανεῖς τῶν πράξεων φόρτον φερόμενος, τὰ τῶν ἀξιαφηγήτων ἀκουσμάτων πληρώσειεν.

16. Ἄρτι γε ἄρα που τοῦ περὶ τὴν ἕω γελώσης ἡμέρας P 140 V 234 τοῖς πράγμασι, καὶ τὴν πρόοδον οὐκ ἐκ κλίνης βαρβαρικῆς μυθικῶς ποιουμένης Ὁμηρικώτερον, ῥοδοδάκτυλός τε ἀπανηναμένης ἀκούειν, ἐπεὶ τὸ ξίφος τοῖς αἵμασιν αὐτοῖς οὐ φοινίσσεται, τὰς δυνάμεις ὁ αὐτοκράτωρ ἐς τὴν Εὐρώπην ὡς τάχιστα μετεβί-

dam ferventissima, cum in regiam illum accivisset sudoreque manaret, dei matris imaginem sibi ab eo ostendi postulavit. quam ille in tabella depictam secum ferens regi spectandam obtulit. rex tabellam veneratus noctu ipsam virginem sibi apparuisse retulit, dixisseque se ipsi Alexandri Macedonis victorias largitam esse. quod dudum esse factum Probus confirmavit, cum iam in regnum rediisset, tyrannosque viribus et virtute imperatoris adiutus perdomuisset. allatae sunt item a Ninive reliquiae turris Babel, quam fictis lateribus, ut sacrorum doctor Moses explicavit, et igni diligenter excoctis homines exaedificare tentaverunt.

Sed quoniam quae de bello Persico scribenda fuerunt, cum eius belli fine absolvimus, ad res in Europa gestas stilus redeat, et in atramento libros pernaviget, ut ad portum propositi appulsus et insignibus rebus gestis onustus, quod superest auditionum memoratu dignarum repraesentet.

16. Cum igitur iam in Oriente rediret rebus dies, nec fabulose secundum Homerum e lecto barbarico Aurora prodiret, nolletque audire *ῥοδοδάκτυλος* (i. e. roseos habens digitos seu purpurea), quandoquidem gladiorum sanguine purpurandorum materia non restabat, copias imperator quamprimum in Europam transfert, et Anchialum advenire

βαζεν, ἐπί τε τὴν Ἀγχίαλον τὴν ἐκδημίαν παρασκευάζεται· διεγνώκει γὰρ τὸ Ἀβαρικὸν αὖθις ἐθέλειν φοιτᾶν. προσδοκίμου τοι-
B γαροῦν τοῦ βαρβαρικοῦ τυγχάνοντος ἐς παρασκευὴν συνετέτακτο. οἱ μὲν οὖν ἐντιμότεροι τῶν ἐς συγκλήτου βουλὴν κατελιπάρουν τὸν Καίσαρα χειροτονῆσαι στρατηγὸν τῷ πολέμῳ καὶ ἀναβολὴν τὰ τῆς βασιλικῆς ἐπιβολῆς ἀποφέρεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθον, ὁ τῶν ἱερατικῶν ταγμάτων ἡγούμενος ἐδεῖτο τὸν βασιλέα ἀποστράτηγον εἶναι, ἑτέρῳ δὲ τὰ τῆς ἀγωνίας περιβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ οὗτος οὐκ αἰδέσιμος ἦν ἐξαιτούμενος, ἡ βασίλεια ἅμα τοῖς παισὶ ποτνιωμένη ἠντιβόλει τὸν γαμέτην τὸν Καίσαρα δευτέρας γενέσθαι φροντίδας. ὡς δὲ καὶ ταύτης ἡ ἀξίωσις πρόσωπον οὐκ
C ἔσχεν αἰσχυντηλὸν ἢ μέλος πειθήνιον, ἐξεχώρει τῶν βασιλείων ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος παρασάγγην ἕνα καὶ ἡμιόλιον· Ἕβδομον δὲ ἄρα τοῦτο τοῖς Βυζαντίοις ὠνόμασται. κατ' ἐκείνην γοῦν τὴν ἡμέραν ἡλίου μεγίστη γέγονεν ἔκλειψις. ἔννατον δὲ ἄρα τοῦτο ἔτος ἐτύγχανεν ὂν Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. ἐπεγένοντο δὲ καὶ ἐξαισίων πνευμάτων φυσήματα, νότος τε βίαιος, ὡς μονονουχὶ καὶ τὴν ἐπιβύθιον ψηφῖδα ἀναρρίπτειν τῷ θόλῳ τοῦ σάλου. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἀκηκοὼς Ζαλαβζὰν τὸν Πέρσην
D ἥκοντα ὡς αὐτόν, παλινδρομεῖ πρὸς τὸ βασίλειον ἄστυ. διαθείς τε ὡς ἐνῆν ἐπιδεξίως τὴν τῆς πρεσβείας ἀξίωσιν, τοῦ σκοποῦ αὖθις τῆς ἐκδημίας ἀπήρχετο. τυχεῖν δὲ γλιχόμενος καὶ θείας τινὸς ἐποπτίας συστρατευσαμένης αὐτῷ, ἐπὶ τὸ μέγα τῆς θρησκείας κατεπαννυχίζετο τέμενος, τὸ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ ᾠκοδομημένον τοῦ αὐτοκράτορος· ἐς προσηγορίαν δὲ τῆς τοῦ θεοῦ σο-

parat, quo Abares irruptionem denuo cogitare acceperat. dum ergo barbari exspectantur, apparatum bellicum adornat. caeterum honoratiores de consilio magnopere orant uti expeditionem duci committat, ipse per se in hostem ne eat. cum non flecterent, sacrorum ordinum princeps (patriarcha) eundem obsecrat ne ducis officio fungi sed eas partes alteri mandare velit. sed cum nec huius preces velut cantu quodam iis delinitus revereretur, Augusta una cum liberis suppliciter instat uti sententiam mutet. verum nec horum obtestatione quidquam commotus e regia egreditur, et parasangam unam et semis usque in Septimum, ut a Byzantiis nominatur, procedit. eo die sol paene totus est obscuratus. annus imperii eius nonus tum agebatur. coorti sunt item venti validissimi, ut tantum non mare ab imis sedibus everterent. porro Zalabzanum Persam legatum ad se venire audiens in urbem imperatoriam remeat. cuius postulatis quam dextre potuit expeditis, ductandi agminis voluntatem denuo est persecutus. quia vero visum aliquod divinum expetebat, quod tanquam socium haberet militiae, in amplo religionis nostrae templo, a Iustiniano imperatore aedificato et sapientiae dei nomine

φίας τὸ ἱερὸν ἀνατέθειται. μηδεμιᾶς τοιγαροῦν ὄψεως ἐνυπνίων ἐπιφανείσης αὐτῷ, λιταζόμενος ἅμα τῷ λαῷ, εἰς τὴν πρὸ τοῦ ἄστεος τῆς θεομήτορος οἰκίαν διημέρευε μυσταγωγούμενος, καὶ τῆς θεανδρικῆς μετελάγχανε πανδαισίας· ὁ δὲ νεὼς πρὸς τῇ πηγῇ καταλέγεται. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ βασιλεὺς ἀπάρας ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ λεγόμενον Ἕβδομον γίνεται. ἑκταῖος δὲ τῷ Ῥηγίῳ προσέβαλλε. ἐνταῦθα πλῆθος ἄπειρον τῶν μεταιτούντων συνήθροιστο, καὶ P 141 ἠξίου τι παρὰ τοῦ βασιλέως ἑλέσθαι. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ τὰ συρρεύσαντα πλήθη τοῖς ἐκεῖσε βασιλείοις ἐναποκλείσας φιλανθρωπίας ἠξίου, ἱκανά τε κατακερματίσας ἀργύρια ἐψυχαγώγει τῆς ἀθροισθείσης πληθύος τὸ τῆς πενίας κατώδυνον. ὄρθριός τε γενόμενος, ἐγκελεύσας τε τὰς σάλπιγγας, τῆς πορείας ἀπήρχετο. ἐπί τε τοίνυν Ῥόμφος γενόμενος ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων προεπομπεύετο. ἡ δὲ ἔκταξις εἰς μῆκος διέτεινεν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ περιεγάννυτο τῷ σχήματι τῆς ἐκτάξεως τῆς προπομπούσης δυνάμεως. τὸ δὲ μάχιμον κατόπιν ἐβάδιζε, τό τε ξύλον τοῦ B σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ἐς ὕψος ἐπὶ δόρατος χρυσοῦ ἀπῃώρητο καὶ προηγεῖτο τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς περιπόλου δυνάμεως. ὑπὸ δὲ δευτέραν ὥραν θηρίον παμμέγεθες (ὗς δὲ τοῦτο ἐτύγχανεν ὂν) ἐχώρει κατὰ τοῦ Καίσαρος. τοῦ τοίνυν βασιλείου ἵππου ὑποτα- V 235 ραχθέντος τῇ ἀθρόᾳ τοῦ θηρίου ἀφίξει, τῆς καθέδρας ἀποβαλεῖν τὸν βασιλέα τὸν ἐπιβάτην κατεστασίαζε. τοῦ δὲ βασιλέως λίαν ἐπόχως ἐχομένου τοῦ χαλινοῦ γίνεται ἄκων ὁ ἵππος πειθήνιος, τά τε τῆς ὄψεως ἀποβαλόμενος δείματα καὶ τὴν γνώμην μετέβαλλεν, αὖθις ταῖς ἡνίαις οἰκονομούμενος. τὸ μὲν οὖν θη-

4. πανδαισίων IP.

consecrato, noctem agit. nulla ei per quietem specie divinitus oblata, cum populo preces fundens, in aede dei matris ante urbem diem totum rebus sacris consumit, epuloque coelesti pascitur. aedes illa ad Pegen, i. e. ad fontem vocatur. postridie inde abiens ad Septimum venit. die sexto Rhegium attingit. ubi innumera mendicorum multitudo congregata stipem ab eo flagitat. quos in regiam quae illic est inductos humaniter tractat, argenteosque nummos affatim distribuendo dolorem egestatis illorum consolatur. appetente luce iubens classicum cani iter prosequitur. Romphos ubi accessit, stipatores antecedunt, acies in longum explicatur, imperator velut in pompa praecedentis agminis aspectu mirifice oblectatur. robur militum posterius incedit. lignum crucis Christi super hastili aureo sublime portatur, imperatoremque, et circumfusum militem antecedit. diei hora altera inusitatae vastitatis sus in imperatorem incurrit, unde equus eius tam incitato bestiae impetu conterritus sessorem excutere luctatur. quo frena mordicus retinente, quanquam invitus obedit, et terriculamento ab oculis ablato fit quietior, iterumque habenis

ρίον ὑπὸ μηδενὸς πολεμούμενον ἀνανταγωνίστῳ ἀλκῇ τὴν πάροδον εἶχεν ἀζήμιον. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τοῦ θηρίου ἀφανοῦς γενομένου ἐπὶ τὸ μέτωπον τοῦ σταυροῦ διατυπώσας τὰ σήμαντρα, ὡς ἔθος ἐπὶ τῶν παραδόξων Χριστιανοῖς ἀπεργάζεσθαι, εἴχετο τῆς βαδίσεως, ταῦτά που θαυμάζων τὰ τῶν ἐπηκολουθηκότων παράλογα.

paret. sus nemine adversante impune et generose progreditur. imperator, ubi bellua evanuit, pro consuetudine Christiana in rebus inopinatis et horribilibus signum crucis in fronte exprimit: iter continuat, tamque inexpectatos eventus secum admiratur.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ ϛʹ.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER VI.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *In turbulenta tempestate Perinthum sive Heracleam navigare contendens Mauricius Daonium appellitur. inde Heracleam equo vectus Glyceriae martyris templo reficiendo pecuniam elargitur. monstrum pueri in Thracia prognatum eo mandante interimitur.* (2) *equus imperatoris derepente disruptus moritur. ex eventis futura mala moestus auguratur. grex cervorum occurrit: a satellitibus insequentibus plurimi funduntur. Gepidae hominis in quodam stipatore propter ornatum vestitus trucidando scelus nefarium. tres Sclavi cum citharis capiuntur et examinantur. quare Sclavorum gens auxilia Chagano negaverit. eorum studium in musicis.* (3) *senatus imperatorem per legatos ad redeundum frustra invitat. per loca paludosa ad pontem angustum exercitus incedens, eius cura et sollicitudine adiuvatur. ad Anchialum castra facit. propter oratores Persicos Constantinopolim repetit. Francorum rex pro societate tributum postulans nihil agit. Chaganus pactam pensionem augeri poscens, nec impetrans, bellum movet. Sclavis naves imperat.* (4) *Singidonenses Sclavos incursant. Chagani voluntate Singidon obsidione liberatur. navigia a Sclavis transmittendo flumini compinguntur. Prisco Europaei belli administratio permittitur, qui Salvianum legatum sive subducem legit, et ad claustrum praeoccupandum mittit. Salvianus conspecta barbarorum multitudine perterritus refugit. conflictu ad castellum Romani hostem superant: superveniente Chagano aufugiunt.* (5) *iter Chagani. Alexandri martyris templum incendit. a Romanis speculatoribus nec flagris extorquere veritatem potest. Drizipera adoritur: inde divino quodam viso exterritus abit. Priscus e conflictu ad Heracleam inito Didymotichum fugit, Zuruli a Cha-*

gano obsidetur. fictis a Mauricio ad Priscum litteris in terrorem datus parva accepta mercede recedit. (6) Priscus missione data militi Byzantium revertitur. ad Istrum Sclavos transitu prohibiturus mittitur. eius iter. Chaganus de pace rupta conqueritur: se enim bello peti suspicabatur. Priscus licentiae oratoris in imperatore ut foedifrago insectando ac proscindendo ignoscit: adversum Sclavos arma illa suscepta esse testificatur. (7) Priscus superato flumine Ardagastum praedonem noctu invadit. fugit Ardagastus, pugnat, rursum fugit, fluvium tranat. Sclavi populatores iugulantur: capti Byzantinum mittuntur. Priscus nova praedarum partitione milites in se irritat: factum callide tuetur. eius oratio, qua de tumultu propter praedam excitato exercitum obiurgat. (8) exercitus duci mirabiliter reconciliatur. locus communis de potestate et efficientia linguae. praedae Byzantium abducendae Tatimer praeficitur. quid eo factum, et quomodo a Sclavis obviis praeda servata sit. ob eam ablatam imperator in templo deo gratias agit, supplicationem decernit. Alexandri centurionis Romani adversum Sclavos viriliter administrata. (9) Gepida hostium mysteria enunciat, regemque subita irruptione capiendum suadet. barbari captivi iussu Prisci mactantur. Gepida ad regem deludendum operam spondet; donis et promissis a Prisco honoratur. qua ratione rex barbarus circumscriptus oppressusque fuerit. Romani genium placantes veniunt in summum periculum. de praefectis vigilum et quibusdam militibus supplicium sumitur. (10) Priscus trans Istrum hiemare iubetur. milites tumultuantes duabus de causis nolunt. Priscus mollit animos et temperat iras. quonam modo Gepida satellitis imperatorii interfector deprehensus fuerit, et ut se mendaciis defenderit. eius ultimum supplicium. (11) monstra in suburbanis Byzantii. Petrus imperatoris germanus in locum Prisci Europaeae militiae dux declaratur. Priscus cum copiis flumen transit. Chaganus causam sciscitatur; quem sui a bello dehortantur. eius arrogantiam Priscus per Theodorum medicum sapienter castigat, veteri quadam de Sesostri Aegypti rege inducta historia. mutat mentem Chaganus, partemque praedae a Prisco postulat. captivi redduntur. ob id a Mauricio Priscus reprehenditur.

P 144 V 237 1. Προσπελάσας τοιγαροῦν ὁ αὐτοκράτωρ τῇ Σηλυβρίᾳ, ἐπὶ τὴν Πέρινθον, ἣν Ἡράκλειαν εἴθισται τοῖς νεωτέροις ἀποκαλεῖν, διὰ ναυτιλίας τὰς ὁρμὰς ἐποιεῖτο. τοίνυν ταχύνουσαι νῆες παρῆσαν, τῆς περὶ αὐτὰς ἀρτίας κατασκευῆς μηδὲν πρὸς βασίλειον ἐκπομπὴν ἀποδέουσαι. τοῦ ἀπόπλου τοιγαροῦν ἀπαρχομένου τοῦ αὐτοκράτορος κατηνέχθη ὕδωρ ἐξαίσιον, ἀνέμων τε ἀκαθέκτων ἐπηκολούθει κινήματα, ὡς τοὺς ἐρέτας τούς τε προσκώπους χαίρειν φράσαντας τῇ κώπῃ ἐρέττειν παύεσθαι, τύχῃ δὲ ἐπιτρέψαι

1. Posteaquam imperator Selybriam advenit, Perinthum, quam recentiores Heracleam nominare consueverunt, navigare concupivit. expediuntur itaque perfecteque armis omnibus instruuntur naves, quae cum celeritate illum eo perveherent. ut altum tenuerunt, immensum aquarum agmen coelo ruit, ventisque immane furentibus fluctus attolluntur, ut qui ad remos sedebant, iis valere iussis labore desisterent, navigia fortunae

τὰ σκάφη, τὸν δὲ αὐτοκράτορα ἅμα τῇ περὶ αὐτὸν πεντηκοντέρῳ παραδόξῳ σωτηρίᾳ ἐν τῷ Δαονίῳ διασωθῆναι, τὴν ναυαγίαν B ἐκκλίναντα. ἐν τούτῳ δῆτα τῷ χωρίῳ καταπαννυχιζόμενος ὁ αὐτοκράτωρ, ἐξ ἑωθινοῦ αἰθρίας γενομένης, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν βασίλειον ἵππον ἐς Ἡράκλειαν γίνεται. ἐπὶ τὸν τοίνυν Γλυκερίας τῆς μάρτυρος νεὼν ἐντεμενίζεται, ὡς οἷόν τε ἦν τιμήσας τὸ τέμενος χρήματά τε ἐπιδοὺς ἐφ' ᾧ τὰ πυρὶ καταπεπτωκότα τοῦ ναοῦ ὑπὸ τῶν Ἀβάρων πρὸς νεώτερον κάλλος μεταχωρεῖν, καὶ τὰς δυνάμεις ἐκτάξας ἀπεφοίτα τοῦ ἄστεος. ποιήσας τοίνυν παρασάγγας τέσσαρας, ἡλίου κεκλικότος στρατοπεδεύεται ἐπί τι ὕπτιον χωρίον τὴν θέσιν, πολύανδρόν τε καὶ ἀφθονίᾳ τῶν εἰς ἐπισιτι- C σμὸν περιρρεόμενον. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν χῶρον τάφρον ὁ βασιλεὺς διεγράψατο. τῶν δὲ περιπόλων τοῦ αὐτοκράτορος τὰς αὐλαίας τῇ βασιλικῇ περιβαλλομένων δορυφορίας πρὸς κοσμιότητα, ἐκεκράγει γύναιον, ἡ δὲ βοὴ διήχει καὶ ἐς τὸ πυκνότερον κατεφέρετο· ὠδῖνες γὰρ παρελύπουν τὸ γύναιον. τῶν μὲν οὖν περὶ τὸν αὐτοκράτορά τις ὑπασπιστὴς ἐξεχώρει, κωλύσων τῆς δυσφωνίας τὴν ἄνθρωπον. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ οἰκίσκῳ ἐγίγνετο τήν τε τῆς βοῆς αἰτίαν διεπυνθάνετο, τίκτει τὸ γύναιον. ὁ δὲ τόκος πλημμέλημα D φύσεως ἐτύγχανεν ὄν. παιδίον γὰρ ἦν ὀφθαλμῶν τε καὶ βλεφαρίδων καὶ ὀφρύων ἀμέτοχον, χειρῶν τε καὶ βραχιόνων ἀλλότριόν τε καὶ ἀδιατύπωτον· πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος αὐτῷ οὔραιον ἦν προσφυές. ἀτὰρ τούτου δῆτα τοῦ θεάματος ὁ ὑπασπιστὴς ἱστορήσας τὸν τρόπον ὡς τὸν βασιλέα τόν τε πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ τὸ παιδίον καθείλκυσεν. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἐς θέαν τοῦ

permitterent, imperator autem cum sua quinquaginta remorum navi naufragio elapsus Daoniumque proiectus praeter opinionem evaderet. ibidem transacta nocte, quia sudum erat, in equo imperiali Heracleam inivit, Glyceriaeque martyris templum ingressus et quam maxime veneratus, pecuniam ad partes eius illato per Abaros incendio vastatas ac prolapsas iterum excitandas exornandasque erogavit. deinde agmine ordinato discedens, confectis quatuor parasangis, sole iam sub terras lapso ad oppidum in clivo situm, frequens et rerum ad victum requisitarum copiis abundans, pervenit, ibidemque castra locat. satellitibus porro ad eius tabernaculum, ut decebat, excubias ducentibus, una muliercula partus cruciata doloribus, clarisonas voces iterum ac saepius effundit. egreditur de excubitoribus, qui feminam tam absono clamore prohibeat. ubi domunculam intravit causamque vociferationis exquisivit, illa partu solvitur. is naturae piaculum erat, puer sine oculis, sine palpebris, sine superciliis, sine manibus, sine brachiis, peregrinum quiddam et informe. ad coxendices praeterea cauda piscis agnata visebatur. spectaculi huius forma et modo lustrato, satelles parentes ipsos cum puero ad imperato-

τέρατος γεγονώς, καὶ ὅπως τοῦτο ἐπηκολουθήκει τοὺς γονεῖς τοῦ τέρατος ἐξετάσας, μηδέν τι διαγνοὺς ὑπὸ τῶν τεκόντων καταλύει τὸ θέατρον, τὸ δὲ τέρας ἀναιρεῖσθαι κελεύει. ἡ μὲν οὖν τερατοτόκος ἀφέθη, τὸ δὲ παιδίον τὸ ξίφος ἠσπάζετο.

P 145 2. Δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ μετεφοίτησεν ὁ βασιλεύς, καὶ πρὸς τὸ λεγόμενον Ἔνατον στρατοπεδεύεται, ὁδοιπορήσας τε παρασάγγας δύο τάφρον ἐδείματο. κατὰ τοῦτον δῆτα τὸν χῶρον ἐκ τῶν βασιλείων ἵππων ὁ ἐπισημότερος, τῷ χρυσίῳ κόσμῳ καταV 238 λαμπόμενος, πεσὼν ἀπέσκλη ἀθρόον διαρραγείς. ὁ δὲ βασιλεὺς οἰωνισάμενος ἐπὶ τούτοις πᾶσι τοῖς συμβόλοις ἀπαισίων καὶ λίαν δεινῶν ἐσομένων πραγμάτων αὐτῷ περίλυπος ἦν, δέει τοῦ μέλλοντος ἐπὶ τοῖς παροῦσι προταραττόμενος. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ παροδευομένῳ τῷ βασιλεῖ ἐντυγχάνει αὐτῷ ἐλάφων πληθύς. οἱ μὲν B οὖν περὶ τὸν αὐτοκράτορα τόξοις καὶ βέλεσι τῶν ζώων ἐπετοξάζοντο. πλήττεται γοῦν τὸ μέγιστον τῶν ἀγελαζομένων ἐλάφων, καὶ εἰκότως ἐπιδίωξις καρτερὰ ὑπὸ τῶν κυνηγετούντων ἐγένετο. ἡλίου τε δυομένου, καὶ τῆς ἐλάφου ἐξαλλομένης καὶ τῷ τάχει τῶν ποδῶν ἀποκλινούσης τὴν θήραν, οἱ μὲν ἄλλοι ἐπαύοντο, τῶν δὲ τῷ βασιλεῖ δορυφόρων καὶ Γήπαις τὸ γένος ἀνὴρ εἴχοντο τῆς διώξεως. ἐπί τινα τοίνυν δρυμὸν χωρησάσης ἐκείνης αὐτῆς τῆς ἐλάφου τῇ τοῦ δρόμου ὠκύτητι, ἐγκυπτομένης τε τῷ κατακόμῳ τῆς λόχμης, καὶ οἱ ἄνδρες ἐς τὸ πρόσω ἐχώρουν, τῷ φιλο-C νείκῳ τῆς θήρας παροτρυνόμενοι μᾶλλον πρὸς τὴν ἐπίτευξιν. ὁ μὲν οὖν Γήπαις τὸν νεανίαν ὁρῶν ἐσθῆτα περιβεβλημένον λαμ-

rem deducit. qui portento conspecto, parentibus interrogatis unde id haberent, ubi causam nullam attulerunt, spectare desinit, quod natum erat interfici iubet. ita monstri mater absolvitur, et infans gladio conciditur.

2. Die altero imperator Enatum (loci nomen est) cum exercitu transit, emensusque duos parasangas castra vallo communit. tum de eius equis nobilissimus et aureis ornamentis decorus collabitur, ruptoque ventre confestim extinguitur. ex omnibus hisce praesagiis imperator infausta et peratrocia sibi in posterum praesentiens, et praesentibus terrefactus, ob metum futurorum in moestitudine haud mediocri versabatur. postridie in itinere procedenti cervorum grex occurrit. stipatores imperatoris sagittis et iaculis eos appetunt, meritoque venatu acriter insequentes partem maximam sternunt. sole autem occumbente, cum forte cerva prosiliens celeri cursu venatores fugeret, aliis insequi supersedentibus unus quidam de imperatoris satellitio et alius homo Gepida fugientem insectantur. cumque in silvam se penetraret arborumque densitatem peteret, duo illi studio quodam venandi ad praedam assequendam incitati etiam ultra pergunt. at enim Gepida adolescentem splendida veste

πρὰν ζώνην τε χρυσῆν ἐμπομπευσάμενον οὐκ ἄκομψον, τόν τε ἵππον αὐτοῦ χρυσοχάλινον, ἀνεῖλε τὸν δείλαιον, δολοφονήσας αὐτὸν ὑπό τινα φάραγγα. ὁ μὲν οὖν δορυφόρος ἀντὶ τῆς ἐλάφου κακὸν κακίστης ἐφέσεως γέγονε θήραμα, οἴκοθεν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεγκάμενος· λίνα γὰρ αὐτῷ καὶ ἄρκυς καὶ δίκτυα ὁ χρύσεος κόσμος ἐγίγνετο, συνέκδημος κατάκοσμος καὶ D συνοδοιπόρος ἐπίβουλος. πρώτης δὲ φυλακῆς τῆς νυκτὸς γενομένης ὁ μὲν ἐργάτης τοῦ φόνου ἐς τὸν χάρακα ἐπανῆκεν, ὁ δὲ βασιλεὺς οἵ τε ἀμφ' αὐτὸν τὸν δορυφόρον μηδαμῇ που θεώμενοι ἐπὶ τῆς ἀδηλίας τὰς ψυχὰς κατεπλήττοντο. τοῦ ἵππου τοίνυν τηνάλλως πλανωμένου, γηπόνος ἀνὴρ τούτου περιτυγχάνει, καὶ ἐς τὴν τάφρον αὐτὸν ἀπεκόμιζεν. ὑποτοπάσας γοῦν ὁ βασιλεὺς τοῦτον αὐτὸν κύριον καθεστάναι τοῦ φόνου, ἐς βάσανον ἐξεδίδου κολάσεων.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἄνδρες τρεῖς Σκλαβηνοὶ τὸ γένος μηδέν τι σιδήρου περιβαλλόμενοι ἢ ὀργάνων πολεμικῶν ἑάλωσαν ἀπὸ τῶν τοῦ βασιλέως ὑπασπιστῶν· κιθάραι δὲ αὐτοῖς τὰ φορτία, καὶ ἄλλο τι οὐδὲν ἐπεφέροντο. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς διηρώτα τὸ ἔθνος P 146 αὐτῶν, καὶ ποῖ τὰς διατριβὰς ἐκληρώσαντο, τήν τε αἰτίαν τῆς περὶ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς τόπους ἀναστροφῆς. οἱ δὲ τὸ μὲν ἔθνος ἔφασαν πεφυκέναι Σκλαβηνοί, πρὸς τῷ τέρματί τε τοῦ δυτικοῦ ᾠκηκέναι Ὠκεανοῦ, τὸν δὲ Χαγᾶνον μέχρι τῶν αὐτόθι πρέσβεις ἐκπέμψασθαι ἐπὶ συλλογῇ μαχίμου δυνάμεως, δῶρά τε πολλὰ τοῖς ἐθνάρχαις φιλοτιμήσασθαι. τοὺς μὲν οὖν δεξαμένους τὰ δῶρα τὴν συμμαχίαν αὐτῷ ἀπανήνασθαι, ἀποκναίειν τε αὐτοὺς

indutum et balteo ex auro scite fabrefacto cinctum, et equum eius insignem habenis aureis intuens, in valle quadam dolo infelicem obtruncat. ita satelles ille loco cervae mala mali desiderii praeda factus est, sponte et in corpore suo insidiarum materiam circumferens. nam lina retia et plagae aureus ipsi ornatus fuit, comes indecens, et insidiosus viae socius. prima noctis vigilia operarius iniquitatis in castra gressum recipit. imperator cum suis satellitem nusquam cernentes re incerta animis percellebantur. equum sessore vacuum et errantem agricola quidam forte nactus in castra reducit. hunc ipsum agricolam caedem fecisse imperator suspicatus quaestioni subiicit.

Postridie viri tres nec gladiis accincti nec ullo genere armorum praediti, tantummodo citharas gestantes a satellitibus imperatoris capiuntur. quaerit ex iis imperator qua gente oriundi, qua regione, quibus de causis Romana loca obeant. respondent se Sclavos esse, ad Oceanum Occidentalem habere sedes, Chaganum eo legatos ad colligenda auxilia cum muneribus multis ad principes gentis misisse; principes muneribus susceptis auxilia recusasse, affirmantes itinerum longitudinem

τὰ μήκη τῆς ὁδοιπορίας δυσχυριζομένων· ὡς δὲ τὸν Χαγᾶνον ἐπαποστείλασθαι αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἑαλωκότας, ἀπολογίαν B ὑπόθεσιν ἔχοντας. πεντεκαίδεκά τε μησὶ τὴν ὁδὸν διανύσαι. τὸν δὲ Χαγᾶνον ἐπιλαθόμενον τοῦ νόμου τῶν πρέσβεων, δογματίσαι κωλύμην αὐτοῦ τῆς ἀναζεύξεως. αὐτούς τε τῶν Ῥωμαίων ἔθνος ἀκηκοότας ἐπί τε πλούτῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ λίαν, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, εὐκλεέστατον, ἐμπορευσαμένους τὴν εὐκαιρίαν πρὸς τῇ Θρᾴκῃ ἀναχωρῆσαι. κιθάρας τε ἐπιστρέφεσθαι διὰ τὸ μὴ ἐξησκῆσθαι ὅπλα τοῖς σώμασι περιβάλλεσθαι, τῆς χώρης αὐτοῖς ἀγνοούσης τὸν σίδηρον κἀντεῦθεν τὸν εἰρηναῖον καὶ ἀστασίαστον παρεχομένης τὸν βίον αὐτοῖς, λύραις τε καταψάλλεσθαι περιλαλεῖν οὐκ εἰδότας ταῖς σάλπιγξιν· οἷς γὰρ ὁ πόλεμος ἦν ἀνιστόρητος, εἰκότως ἂν ἔφασκον αἱρετώτερά πως ὑπεῖναι τὰ τῆς μουσι- C κῆς μελετήματα. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι τὸ φῦλον ἀγάμενος, φιλοξενίας ἠξίου ἐκείνους αὐτοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐντετυχηκότας αὐτῷ, θαυμάσας τε τούτων τῶν σωμάτων τὸ μέγεθος τό τε μεγαλοφυὲς τῶν μελῶν ἐς τὴν Ἡράκλειαν τούτους παρεπέμπετο.

D V 239 3. Τρίτη δὲ ἡμέρα, καὶ πρέσβεις ἀπὸ τοῦ βασιλείου ἐξεπέμποντο ἄστεος, ἥ τε ἀξίωσις ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐς τὸν βασιλέα ἐγίγνετο· ἡ δὲ ὑπόθεσις τὴν ἐπανάζευξιν τῆς βασιλέως ἐκδημίας ἐθήρα λαβεῖν. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ μηδέν τι προσηκάμενος τῆς πρεσβείας παλινοστεῖν προστάττει τοῖς πρέσβεσι. τετάρτη δὲ ἡμέρα, καὶ ἐς τὸ πρόσω ὁ αὐτοκράτωρ μετωχετεύετο. στενῆς δὲ γεφύρας ἱκανοῖς στρατεύμασιν ὁμιλούσης, τεναγώδους

8. an ἐπιφέρεσθαι?

sibi onerosam ac molestam esse; et se, qui modo capti sint, ad Chaganum missos, uti re ipsa illi respondeant. menses quindecim in itinere peragendo consumpsisse. Chaganum, legis legatorum immemorem, eorum reditum consulto impedire. audisse Romanos potentia, et humanitate summam adeptos claritudinem. opportunitatem proinde arripuisse, et in Thraciam revertisse. citharam porro curare, quod arma tractare nesciant, quandoquidem ipsorum regio ferro careat, unde extra seditiones ac tumultus in pace ac tranquillitate aevum degant. lyris canere, cum tubis circumstrepere non didicerint. bellum enim ignorantibus optabiliorem autumabant esse exercitationem musicam. imperator hinc gentem laudans, et illos ipsos ad se adductos hospitalem in modum habens, eorumque magna corpora et magnos artus membrorum admirans, Heracleam misit.

3. Tertio die legati ex urbe imperatoria ad imperatorem a senatu mittuntur, qui eum ad redeundum a peregrinatione sollicitent; quos ille legationem adversatus domum regredi iubet. quarto die porro iter tendit, cum perangusto ponte paludibusque occurrentibus transitus militibus

τε δυσχωρίας συγκυρησάσης αὐτοῖς, δυσδιέξοδος ἦν ἡ διάβασις.
ὑπῆσαν δὲ πλησίον πηγαὶ ποταμοῦ ὃν Ξηρόγυψον προσκαλοῦσιν
οἱ πλησιόχωροι. ἀκοσμούσης τε τῆς δυνάμεως περὶ τὴν διάβα-
σιν, θρύλλου τε περὶ τὴν γέφυραν ἀναθορήσαντος, ἀνυπονοή-
του τε βοῆς προσγενομένης τῷ πλήθει, καί τινων κατακρημνι- P 147
σθέντων ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ὄχλον ἐκθλίψεως, τοῦ ἵππου ἀποβὰς
ὁ βασιλεὺς καὶ βακτηρίαν ἑλόμενος αὐτουργὸς ἐγίγνετο κοσμιότη-
τος, καὶ τῆς ἐπιθέσεως ἀπέχεσθαι τὰ πλήθη προστάξας ἐδίδου
τῇ βαδίσει τὴν εὔροιαν, τῇ ἀναβολῇ τῆς συγχύσεως τὸ κατὰ
μικρὸν δεικνὺς ἀσφαλὲς τοῖς στρατεύμασιν. οὕτω μὲν οὖν ὁ βα-
σιλεὺς ἄσιτος διημερεύσας περὶ τὴν γέφυραν παρεῖχε τῇ δυσχω-
ρίᾳ διέξοδον. ἡλίου δὲ πρὸς δυσμὰς ἀποκλίναντος ἀπὸ σημείων
δύο τῆς γεφύρας ἐστρατοπέδευε. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πρὸς τῇ Ἀγ-
χιάλῳ διαγράφει τὸν χάρακα. ἡμέρας τε πέντε πρὸς ταῖς δέκα B
ἐνθαδὶ τὴν διατριβὴν ποιησάμενος ἐς τὸ βασίλειον ἄστυ ἐπάνει-
σιν, ἥκειν ἀκούσας ὑπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐς Βυζάντιον
πρέσβεις. τρίτη δὲ ἡμέρα, καὶ οἱ τῆς Κελτικῆς Ἰβηρίας πρέ-
σβεις ἐς τὸ βασίλειον παραγίγνονται ἄστυ· Φράγγοι δὲ ἄρα οὗ-
τοι τῇ νεωτέρᾳ γλώττῃ κατονομάζονται, αἱ δὲ προσηγορίαι τοῖς
πρέσβεσι Βόσος καὶ Βέττος. τούτους ὁ τοῦ ἔθνους δυνάστης
(ὄνομα Θεοδώριχος αὐτῷ) ἐς βασιλέα ἐξέπεμπεν, ἠξίου τε συν- C
θήκαις φορολογίας τῷ Ῥωμαϊκῷ συμμαχῆσαι καὶ δώροις ἀνελέ-
σθαι πρὸς τὸν Χαγᾶνον τὸν πόλεμον. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ
τοὺς πρέσβεις φιλοφρονησάμενος δώροις, ἀπόμισθον τὴν ξυμμα-

instituit. cuius rei Priscus adhuc nescius cum copiis, quas in regione barbara haerere moleste ferret, amnem transit. timebat enim ne a barbaris de subito irruentibus diriperentur. Chaganus Romanorum descensu audito, etiam atque etiam admiratus, per internuntium reditionis huius causam studiose exquirit. Priscus qua potest verborum probabilitate Chaganum ludit. post triduum nuntiatur Prisco Chaganum in Romanos invasurum, et iam Sclavos Istrum iussisse traiicere: vere enim eorum felicitate dolens, ira inflammabatur. caeterum Targitius et nobilitas arma dissuadentes, ipsum Romanis immerito irasci affirmabant. magno igitur animo Priscus oratorem ad Chaganum mittit, Theodorum nomine, hominem ingenio dextrum et sagacem, professione medicum, lingua liberum, qui velut firmo cinctus praesidio ad Chaganum veniebat. barbarus propter res secundas conceptis spiritibus non parum superbiebat, seque omnium gentium dominum gloriabatur, nec reperiri sub sole qui sibi posset resistere. quocirca legatus antiquitatis bene peritus hominis insolentiam atque fastidium exemplo quodam compescit; quod apponere

ἔφησε γὰρ "ἄκουε, Χαγᾶνε, παλαιοῦ τινὸς καὶ λίαν σοφοῦ διηγήματος." ἐπεὶ δὲ ἡ ἔναρξις προσεχῆ πρὸς ἀκρόασιν ἐνεποίει τὸν βάρβαρον, οὐκ ἐλάμβανεν ἐγκοπὴν ἡ τῆς ἱστορίας ἀφήγησις. "Σέσωστρίν φασι γεγενῆσθαί ποτε ἄνδρα λίαν εὐδαίμονα καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς βασιλείας ἐπιφανέστατον. τοῦτον κομᾶν ἐπὶ τῷ P 160 πλούτῳ λόγος πρεσβύτης ἐρεῖ, ταῖς δὲ δυνάμεσι πεφυκέναι λίαν ἀκαταμάχητον. τὸν δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ὡς ἔπος εἰπεῖν κραιπαλᾶν, ὥστε ἁρμάμαξαν συμπήξασθαι χρυσοκόλλητον, λίθους τε τιμίους ταύτῃ περιβαλεῖν, ἐφιζάνειν τε ἐπὶ ταύτης τὸν βάρβαρον, καὶ ταῖς μὲν ἵπποις καὶ ταῖς ἡμιόνοις χαίρειν εἰπεῖν, τοὺς δὲ τῶν ἡττημένων βασιλέων τῷ ταύτης ζυγῷ τοὺς αὐχένας περιβαλεῖν, ἕλκειν τε ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τοὺς ἠτυχηκότας τῶν βασιλέων τὸ τοῦ Σεσώστριδος ὄχημα. τοῦ τοίνυν Αἰγυπτίων βασιλέως μὴ μετριοπαθοῦντος ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἀλλὰ περιφανῶς πολλάκις B κατονειδίζοντος τοῖς ἡττημένοις τὴν συμφοράν, ἕνα τινὰ τῶν βασιλέων φασὶ τῶν ὑποβεβλημένων τῷ ζυγῷ τοῦ ὀχήματος ἐν μεγάλῃ τινὶ καὶ περιφανεῖ ἑορτῇ, τῶν Αἰγυπτίων συρρευσάντων ὄχλων, μὴ ἐθέλειν ἕλκειν τὸ ὄχημα, πυκνά τε εἰς τοὐπίσω στρέφεσθαι καὶ τὴν ἐπὶ τῶν τροχῶν κίνησιν διορᾶσθαι. ἀσυμφώνου τοίνυν τῆς ὁλκῆς γινομένης διὰ τὸ μὴ μίαν σύννευσιν τοὺς ἐπὶ τούτῳ συντεταγμένους ποιήσασθαι, ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς V 249 ἔφησε πρὸς τὸν τὰς πυκνὰς ποιούμενον συστροφάς "ἄνθρωπε, τί πρὸς τοὐπίσω τὸ βλέμμα κινεῖς; τί τοὺς τροχοὺς ἱστορεῖς; ποῖ

6. an αἱρεῖ? 16. ὑποβεβλημένων Exc. ἐπιβεβλημένων IP. 18. στρέφεσθαι Exc. συστρέφεσθαι IP.

non erit instituto alienum. dicebat ergo "audi, Chagane, priscam quandam et sapientiae plenam historiam." hoc exordium ubi barbarum attentum fecit, sic Theodorus continuavit. "fuisse aiunt aliquando Sesostrin, hominem nimis quam felicem et Aegypti regem illustrissimum. hunc divitiis circumfluxisse, potentiaque et viribus invictum extitisse, vetus est narratio. eo autem dementiae velut per crapulam processisse, ut currum inauratum insertis gemmis pretiosis conscenderet, cui relictis equis et mulis victos ab se reges subiungeret, qui illum miseri in forum protraherent. hic igitur rex Aegyptius cum in prosperitate sua moderationem animi non adhiberet, sed palam et saepius victis regibus de calamitate insultaret, ferunt quendam ex currum trahentibus, cum forte magno et insigni die festo frequens populus convenisset, noluisse trahere, crebroque retro conversis oculis rotae volubilitatem contemplatum esse. cum ita currus inaequaliter traheretur, propterea quod trahentes non paribus simul momentis traherent, rex toties respicientem compellans, quid est, inquit, bone vir, quod oculos in tergum toties retorques? quid ita rotas

C διεξεῖναι κέχηνας;" τὸν δὲ φῆσαι μετὰ φιλοσοφίας πολλῆς πρὸς τὸν Σέσωστριν "τεθαύμακα τῶν τροχῶν τὰ κινήματα. ἀνώμαλον ἔχει τὴν κίνησιν· τὰ τοίνυν τούτων μέρη μετεωρούμενα αὖθις καταχθόνια γίνεται, καὶ ἔμπαλιν τὰ περιπέζια μετὰ τοῦτο ἀπεωρίζεται." τούτων τοιγαροῦν λέγουσιν ἀκηκοότα τὸν Σέσωστριν παιδευθῆναι μὴ μεγαλοφρονεῖν, νομοθετῆσαί τε τοὺς βασιλικοὺς αὐχένας τῶν ζυγῶν ἀφεθῆναι, εἶτα ἡμιόνοις τὴν ὁλκὴν ἐπιτρέψαι. ταῦτά σε παιδευέτω, Χαγᾶνε. οὐδὲν ἀπιστότερον εὐπραγίας." ὁ μὲν οὖν Χαγᾶνος ἀποθαυμάσας τὴν ἐπιείκειαν
D τοῦ ἀνδρὸς κολάζει τὸν τῦφον, καταπαύει τὸ θράσος, μεταβάλλει πρὸς εἰρηναίαν σχέσιν τὰ πράγματα. τοιγαροῦν ὥρας ἀποσιωπήσας πολλὰς ἔφηκε πρὸς Θεόδωρον "οἶδα καὶ τυραννεῖν θυμὸν ἐξοιδαίνοντα, οἶδα καὶ στρατεύειν ὀργήν, ἀλλ' ὅτε καιρός. χαλεπότητος διαλέλυμαι τῷ Πρίσκῳ, Θεόδωρε. ἔστω δέ μοι καὶ αὐτὸς φίλος ἐπιεικής. ἀγέραστος τῆς λείας μὴ μενέτω Χαγᾶνος. ἐπὶ τῆς ἐμῆς γῆς ἐπιβέβηκε, περὶ τοὺς ἐμοὺς ὑπηκόους ἐξήμαρτεν. ἔστω τὰ τῆς εὐπραγίας κοινά." ἐπὶ τούτοις φιλοφρονησάμενος πρὸς τὸν Πρίσκον τὸν Θεόδωρον πέπομφεν. ὁ μὲν οὖν Θεόδωρος γεγονὼς πρὸς τὸν Πρίσκον διεξῆλθεν αὐτῷ τοῦ βαρβάρου τοὺς λόγους, ὁ δὲ Πρίσκος τῇ ὑστεραίᾳ ἐκκλησίαν ἐκάθισε, παρῄνει τε Ῥωμαίοις κοινωνὸν τῶν λαφύρων ποιήσασθαι καὶ τὸν βάρβαρον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τέως πρὸς τὸ συνοίσειν μὴ ἐνθυμήσαντες κατεστασίαζον τοῦ στρατηγοῦ. ὁ δὲ στρατηγὸς πολλοῖς καὶ ποικίλοις καὶ λίαν ἐντελέσι λόγοις χρησάμενος τὰς

4. περιπέζια Exc. περιπέτεια IP. 10. κολάζει Exc. βαλάζει IP.

aspectas? quonam abire inhias? tum ille cordate, miror, ait, tam varios rotarum motus. earum quippe partes in altum sublatae rursus in humum descendunt, iterumque ascendunt quae descenderant. his auditis narrant Sesostrin ad modestiam correctum esse, mandasseque denuo iunctis mulis a collo regum iuga demi. haec tibi documento sint, Chagane, felicitate nihil esse inconstantius." Chaganus hominis in admonendo lenitate commotus, fastum abiicit, confidentiam comprimit, ad pacem se dat; et postquam horis pluribus conticuit, tandem Theodorum his affatur. "novi imperare animo meo, cum limites egreditur: novi iram debellare, sed in tempore. desino Prisco irasci, Theodore: ille vicissim ex aequo et bono mihi amicus esto. partem praedarum Chaganus consequatur. in ditionem meam invasit; subditos meos afflixit. bona inde parta communia sunto." posthaec mira humanitate tractatum ad Priscum remittit; cui Theodorus barbari verba renuntiavit. die altero Priscus acto conventu Romanos hortatur uti barbarum praedae socium fieri patiantur. Romani tunc, quid expediret, non considerantes, duci

δυνάμεις ὑπέπεισε δοῦναί τι τῷ βαρβάρῳ τῆς λείας. ἀπέδοντο τοίνυν Ῥωμαῖοι τοὺς ἑαλωκότας τῷ Χαγάνῳ βαρβάρους, τῶν δὲ P 161 λοιπῶν λαφύρων ἀμέτοχον αὐτὸν ποιησάμενοι διαλύουσι τὸ ἀμφίβολον. ἀσμενίσας τοίνυν ὁ Χαγᾶνος τὴν τῶν βαρβάρων ἀπόδοσιν χώραν ἐδίδου ταῖς διαβάσεσιν. οὕτω μὲν οὖν οἱ Ῥωμαῖοι πέντε χιλιάδας βαρβάρων τῷ Χαγάνῳ προῖκα καταβαλλόμενοι ἐπὶ τὰ Δριζίπερα γίνονται. ὁ δὲ στρατηγὸς ἀφίκετο ἐς Βυζάντιον. τοιγαροῦν ὁ Μαυρίκιος τῷ Πρίσκῳ ἐμέμφετο, σφάλμασί τε εὐηθείας αὐτὸν περιέβαλλεν ἀσυνέτως ἀποδεδωκότα τῷ βαρβάρῳ τὴν λείαν.

adversantur, qui multis variis prudentissimisque sermonibus eo illos adegit ut aliquid de spoliis barbaro donandum putarent. dant igitur Chagano barbaros captivos, et reliqua praeda sibi retenta controversiam omnem dirimunt. Chaganus libenter illis receptis, per regionem suam transitum Romanis permittit. ita illi quinque millibus captivorum redditis Drizipera veniunt. dux Byzantium proficiscitur, quem Mauricius de stultitia facti reprehendit, ut qui barbaro partem praedae sine iudicio restituerit.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

THEOPHYLACTI

HISTORIARUM

LIBER VII.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *Petrus dux Prisco substitutus ad exercitum cum mandatis ab imperatore discedit. ob annonam partim in vestibus, partim in armis, partim in auro signato accipiendam miles tumultuatur. Mauricius in concione probris appetitur. iratos dux lenit, edictumque imperatoris gratiosum de praemiis bene meritorum proferens benevolentiam exercitus reconciliat. omissis maledictis imperator collaudatur.* (2) *seditio imperatori nuntiatur. exercitum mille anteambulant, qui cum Sclavis praedam opimam ducentibus pugna congrediuntur. cuiusdam Romani virtus. barbari occiduntur. Petrus in venatu crus allisu frangit. imperator morarum impatiens probrose ad eum scribit; audiensque Sclavos Byzantium iter infestum moliri, in Thracia illi remansionem imperat. eius e loco in locum profectio. a Nobensibus exoratur uti cum ipsis solemne sancti Lupi martyris agat. Theodoropolim postmodum abit.* (3) *ab Asimitis tum civibus tum praesidiariis honestissime Petrus excipitur. eximiorum militum aspectu delectatus ab oppidanis eos impetrare frustra laborat. saeva lis cum sacrorum etiam locorum et episcopi contemptu enascitur. denique desiderio frustratus et probris oneratus urbem deserit.* (4) *mille exploratores a Petro missi in mille Bulgaros incidunt, quos telis appetunt. barbari pacem incassum petunt. Romani e praelio fugiunt. quamobrem barbari fugientes non sint persecuti. de violato foedere Chaganus querimoniam habet et muneribus placatur. hostium consilia Petrus explorat; exploratores capiuntur; modus explicatur.* (5) *Romani e flumine exeuntes a barbaris obtruncantur: caeteri ex ipso flumine cum iisdem depugnant. Piragastus occumbit. barbari caeduntur fuganturque. Romanorum ex aquae penuria*

calamitas. indicio barbari cuiusdam fluvio reperto vires instaurant: ab adversa ripa hostium iaculis conficiuntur, et e flumine egressi ab iisdemque devicti fugiunt. Priscus Petro succedit. (6) *elogium Ioannis patriarchae Cpolitani, a voluptatum contemptu, a domitis animi perturbationibus, a ieiuniis, a misericordia in egentes, a studio paupertatis. eius lecto ligneo, stragulo, penulae quantum honorem pius imperator habuerit. Maurorum in Africa rebellio. Carthaginensium metus. Gennadii adversum barbaros victoria. ostentum cometae, et de cometis eruditorum sententiae.* (7) *Priscus exercitum diminutum offendens a Petri accusatione suorum consiliis avocatur. ut Istrum transiit, Chaganus eum super adventu interrogat. inter ambos de finibus litigium. de Scythis Caucaseis et Borealibus digressio, et ibi de victoriis Chagani cuiusdam. non esse Germanos Abares ad Istrum, et unde illis hoc nominis. Taugast urbs nobilissima, et eius incolae: vicini item Mucritae laudantur.* (8) *unde Abares in Europa, et qua occasione hoc nomen assumpserint. Ogor gentis* 30 *myriades a Chagano interfectae. de Thurum tyranno ab eodem caeso. legatio Chagani ad Mauricium de suis victoriis. mons aureus cur ita vocetur. apud Turcas pestilentia nunquam visa, terraemotus rari. eorum sacra.* (9) *Chagani foedus cum Taugastensibus. eorum mores. fluvius per medios labens. conditor urbis huius et alterius Alexander M. Chubdanensium principis mors quemadmodum ab ipsius concubinis lugeatur. plura super Chubdan urbe. albi Aethiopes ad Septentrionem.* (10) *Chaganus Singidonis moenia diruit, populum ad hostes demigrare cogit. Priscus in insulam Istri, deinde Constantiolam venit. Chagani de iure finium regundorum violato expostulatoria oratio; in qua officii in pace conservanda tuendoque foedere Priscus serio monetur.* (11) *in vexanda Singidone Chagani iniquitatem Priscus redarguit, eumque ab avaritia dehortatur, et a victoriae inconstantia ac mutabilitate rerum terret, et sententias loquitur. barbarus ira inflammatus graviora comminatur. ad Singidonem liberandam Gudois mittitur. obiectu plaustrorum barbari se tuentur. tandem fugam faciunt. muri deiecti instaurantur. Chaganus aperte foedus solvit.* (12) *in Dalmatia Chaganus urbem et quadraginta castra expugnat. Gudois cum delecta manu ad rem inspiciendam mittitur. quamobrem per impedita et invia loca iter fecerit. praedam barbaris interemptis recipit. Chaganus moeret. Mauricio et liberis eius caedes a monacho strictum portante gladium, a quodam insuper Herodiano praenuntiatur.* (13) *Chaganus Tomeam obsidet, cui Priscus succurrit. in castris hiberna aguntur utrinque. Chagani singularis et insperata in commeatu Romanis ad dies sacros sufficiendo liberalitas. petenti Priscus vicissim donat aromata. sub iisdem tentoriis pacifice degunt ambo exercitus. festis transactis separantur. Comentiolus Chaganum contra se venientem timens retrocedit. milites ad Iatrum urbem, velut proditi, probris eum conscindunt.* (14) *Romani diligentius sese obarmant. Comentiolus de permutatis ordinibus reprehenditur. eius astus. Romanorum fuga. barbari claustra transitu prohibendo circumsident: a Romanis repelluntur. Comentiolus ut ignavus fugitor Driziperis ingressu contumeliose arcetur. eam urbem barbari occupant. in templum Alexandri martyris eiusque cineres eorum impietas.* (15) *supplicium barbaris propter Alexandrum martyrem divinitus irrogatum saeva pestilentia. Chagani item filii septem uno die moriuntur; cui calamitoso historicus insultat. Comentioli in urbem Cpolim reditu formido immodica malorum cives incessit. imperator copias ad longum murum defendendum mittit. suadente senatu legatio ad Chaganum placandum instituitur. eius luctus acerbissimus. Romanorum de pace turbata reprehensio. conditiones in quas facta pax.* (16) *duo portenta, unum virili, alterum muliebri specie in Nilo conspecta. utrumque accurate describitur, et prius a praefecto adiuratur. reprehensa obiter curio-*

sitate Herodoti, et mentione facta aliorum qui de Nili portentis scripserunt, de eius incremento scripturum pollicetur. (17) *Nilus fluviorum maximus incertis oritur fontibus. media aestate ascendit. huius rei causae ex variis auctoribus; quorum omnium sententiis improbatis, unum Anarchidem Gnidium historicus sequitur.*

P 166 1. *Οὕτω μὲν οὖν Πρίσκος ἀπεχειρονεῖτο, πολέμαρχος δὲ ὑπὸ
τοῦ αὐτοκράτορος ὁ Πέτρος ἀναγορεύεται, ὃς καὶ αὐτάδελφος
V 252 Μαυρικίου ἐτύγχανεν ὤν. ἐγχαράττει τοίνυν βασιλικὰς ἐπιστο-
λὰς ὁ Μαυρίκιος, ταύτας τε τῷ στρατηγῷ ἐπιδοὺς τοῦτον ἀπεκ-
δημεῖν τοῦ ἄστεος παρεσκεύαζε καὶ πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀφικέ-
σθαι παρεκελεύετο. ἡ μία τοιγαροῦν τῶν βασιλικῶν ἐπιστολῶν
στρατιωτικῆς ἐπιδόσεως τύπος ἐτύγχανεν· ὁ δὲ τύπος ἐβούλετο
τριτταῖς μοίραις συντάττεσθαι τὴν ἐπίδοσιν, δι' ἐσθῆτος καὶ
B ὅπλων καὶ χαράγματος χρυσίου. ἀποφοιτήσας τοίνυν τῆς Πει-
ρίνθου ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὰ Δριζίπερα γίνεται, καὶ καταλιπὼν τὰ
Δριζίπερα τῇ Ὀδησσῷ προσομιλεῖ. τὸ μὲν οὖν στρατόπεδον ἐπι-
βεβηκότα τῆς Ὀδησσοῦ τὸν πολέμαρχον ἐπισήμως ὑπεδέχετο λίαν.
τετάρτη δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ πολέμαρχος στηλιτεῦσαι τῷ πλήθει τὰς
βασιλικὰς συλλαβὰς ἐνεχείρει. ἡ μὲν οὖν πληθὺς ἑώρα πρὸς
τάραχον· προηκηκόει γὰρ τὸ βασιλικὸν πρόσταγμα. τοῦ τοίνυν
στρατηγοῦ εἰς συνάθροισιν μίαν ἐπειγομένου τὰς δυνάμεις ποιή-
C σασθαι, εἰς ὑπήκοον δὲ τῶν συνεληλυθότων τὰ τοῦ βασιλέως
ποιήσασθαι λόγια, ἀποσκιρτᾷ τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸν στρατη-
γὸν καταλιμπάνον ἀγέραστον ἀπὸ σημείων τεττάρων μετὰ ταρά-
χου στρατοπεδεύεται. ὁ δὲ Πέτρος καταστασιαζόμενος ἀποκρύ-
πτει τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων τὰ λυπηρότερα. ἔχων δὲ ἀνὰ*

1. Hunc in modum Priscus gradu motus et Petrus ab imperatore, cuius frater germanus erat, belli dux appellatus est. imperatoria mandata Mauricius conscribit, cum iis Petrum ab urbe dimissum ad exercitum proficisci monet. horum unum reddendae militaris annonae formam continebat, ut tripartito, in veste, in armis, in nummis aureis erogaretur. Perintho igitur discedens Drizipera, iisque relictis Odessum accedit, ubi eum exercitus exquisito cum honore accepit. die quarto ab imperatore scripta militibus evulgare instituit. milites, quod mandatum imperatoris auditione praecepissent, turbas facere. cumque dux in unum eos cogere et ad edicta amplectenda inducere conaretur, resilientibus ac repugnantibus illis frustra fuit: quin etiam eo contempto ad quartam leucam fremebundi secedere coeperunt. Petrus seditione circumventus de edictis tristiora tacet; et cum haberet in manu quaedam infestae mul-

χεῖρα καί τινα βασιλικῶν θεσπισμάτων τοῖς πολεμίοις ὄχλοις συνοίσοντα, ἠξίου ταῦτα ἐμφανῆ τῇ Ῥωμαϊκῇ δημοσιεῦσαι πληθύϊ. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐς Μαυρίκιον ἐβλασφήμουν, ὁ δὲ πολέμαρχος συνέσει καὶ πειθοῖ τὴν τῶν στρα- D τοπέδων κατευνάσας ὀργὴν τὰς ἱλαρωτέρας τῶν τοῦ βασιλέως ἐπιστολῶν τοῖς ἐνόπλοις ἐστηλίτευε δήμοις. ἦν δὲ τὰ φιλοτίμως ἐν αὐταῖς περιεχόμενα τάδε, τοὺς ἀριστεύοντας τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐκ τῆς τῶν κινδύνων μεγαλοψυχίας περιπεπτωκότας τισὶ συμφοραῖς ἔχειν ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τὴν ἀνάπαυλαν, τούτους δὲ ἐν ταῖς πόλεσιν ἀπομάχους πεφυκότας σιτίζεσθαι δαπάναις βασιλικαῖς, τοὺς δὲ παῖδας τῶν στρατευσαμένων καὶ ἐν πολέμοις ἀποβαλόντας τοὺς φύσαντας ἀντὶ τῶν τεκόντων ἐγγράφεσθαι πρὸς τὸν πόλεμον. ταῦτα τοιγαροῦν ἐπὶ βημάτων τινῶν ὑψηλῶν τὸ ὁπλιτικὸν ἐκκλησιάσας ἐπέστρεφε πιθανῶς τε κατεδούλου. ἔνθεν καὶ μεταβολὴν τὰ τῆς ἀνίας ἐλάμβανε, καὶ πρὸς τὴν ἐς Μαυρίκιον εὔνοιαν τὸν αὐτοκράτορα ἅπας ἐτέτραπτο. τοιγαροῦν κατευφημεῖτο ὁ Καῖσαρ, τῶν πρὸ μικροῦ ἀπολελυμένος διαβολῶν· τὸ γὰρ πλῆθος ἀβέβαιον ὂν σταθμῶν οὐδαμῶς ἐπιβέβηκε, ταῖς P 167 ἐκ τοῦ παρήκοντος ἐκφοραῖς μεταμορφούμενον εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν. οὕτω μὲν οὖν ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς πρὸς τὸ στρατόπεδον διελύσατο· (2) τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ τῷ αὐτοκρά- B τορι τὰ περὶ τῆς στάσεως τῶν δυνάμεων κατεμήνυεν. ἀπολιπών τε τὴν Ὀδησσὸν ἐπὶ τὰ εὐώνυμα τῶν χώρων μεταφοιτᾷ, τῇ τε Μαρκιανοῦ συγγενόμενος πόλει χιλίους προθέειν τοῦ στρατοπέδου προσέταξε. καὶ οὖν ἐντυγχάνουσιν οὗτοι ἑξακοσίοις Σκλα-

titudini profutura, ea demum publicanda censet. Romani in concionem convenientes Mauricium verborum contumeliis lacerant. quorum iracundiam prudentia et vi quadam persuadendi mitigans dux, laetiora in apertum profert, quae quidem haec magnifice complectebantur. placet Romanos fortiter dimicantes et ex magnitudine animi ad pericula subeunda in calamitatem delapsos de caetero vacationem habere, eosque expeditionum immunes per civitates sumptibus imperatoriis sustentari, filios autem eorum qui militarunt et in pugna interierunt, pro ipsis parentibus in album referri. his e sublimi suggestu recitatis milites in viam revocavit et persuadendo fregit, moeroreque fugato unusquisque imperatori Mauricio animum reddidit. proinde calumniis paulo ante iactatis liberatum omnes laudibus evehere, multitudo siquidem instabilis est, et a quolibet impetu se auferri patitur, temereque et fortuito alias cogitationes induit. ita dux mandatum odiosum comprimens ab exercitu gratiam inivit. (2) quarto die imperatorem de seditione certiorem facit, excedensque Odesso in laevam regionis viam flectit, et Marcianopolim veniens mille de suis exercitum praecurrere iubet. qui in sexcentos Scla-

βηνοῖς λείαν ἐπαγομένοις Ῥωμαίων πολλήν· τὰ γὰρ Ζαλδαπὰ
καὶ Ἄκυς καὶ Σκόπις καταπρονομεύσαντες αὖθις ἐλαφυραγώγουν
τοὺς ἀτυχήσαντας, ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ πλήθους πολλοῦ ἁμαξῶν ἡ
ἀποσκευὴ τῶν λαφύρων. ὡς δὲ ἐπιόντων ἔβλεψαν τοὺς Ῥω-
C μαίους οἱ βάρβαροι, εἶτα καὶ ἀντεβλέφθησαν, ἐπὶ τὸν φόνον
τῶν αἰχμαλώτων ἐτράποντο. ἀναιρεῖται τοίνυν ἡ τῶν ἀρρένων
αἰχμαλώτων ἡβηδὸν ἡλικία. ἐπεὶ δὲ δύσφευκτος τοῖς βαρβάροις
ὑπῆν ἡ συνάντησις, τὰς ἁμάξας συνθέντες περιεβάλλοντο χάρακα,
V 253 ἅμα τοῖς μειρακίοις τὰ γύναια εἰς τὸ μεσαίτατον τῆς τάφρου ἐνα-
ποθέμενοι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πεπλησιακότες τοῖς Γέταις (τοῦτο
γὰρ τοῖς βαρβάροις τὸ πρεσβύτερον ὄνομα) οὐκ ἐθάρρουν εἰς
χεῖρας ἐλθεῖν· ἐδεδίεσαν γὰρ τὰ ἐκ τοῦ χάρακος κατὰ τῶν ἵππων
ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀκόντια προερχόμενα. ὁ τοίνυν τούτων ἐπι-
στατῶν (Ἀλέξανδρος ὄνομα αὐτῷ) τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων
φωνῇ τοῖς Ῥωμαίοις ἐνεκελεύετο καὶ κατασυστάδην τῶν πολεμι-
D κῶν κινδύνων ἐφάπτεσθαι. ἀτὰρ οἱ Ῥωμαῖοι ἀποβάντες τῶν
ἵππων προσομιλοῦσι τῷ χάρακι, ἐδίδοσάν τε καὶ ἀντελάμβανον
τὰς ἐκπομπὰς τῶν βελῶν. τῆς μάχης τοιγαροῦν διαρκούσης ἑκα-
τέρᾳ δυνάμει Ῥωμαῖός τις εἰσεπήδησε, καὶ ἀνεὶς ἐπὶ μιᾶς ἐπι-
βαίνει ἁμάξης συνηγνωμένης τῷ χάρακι καὶ περιφρουρούσης τὸ
βάρβαρον, εἶτα στὰς ἐπὶ ταύτης τῷ ξίφει τοὺς πλησιάζοντας
ἔπαιε. γίνεται τοίνυν τοῖς βαρβάροις ἀμεθόδευτον τὸ κακόν·
λύουσι γὰρ ἐντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι τῶν βαρβάρων τὸν χάρακα. οἱ
δὲ βάρβαροι ἀπειρηκότες τοῦ σώζεσθαι τὴν ἐπίλοιπον τῆς αἰχμα-
λωσίας μοῖραν ἀπέσφαττον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐγκρατῶς ἐπιθέμε-

18. διακρούσης IP.

vos praeda Romana onustos incidunt. Zaldapa namque Acys et Scopos depopulati de integro miseros expilaverant, plaustra complura spoliis impleverant. barbari ut Romanos imminentes viderunt et ab iis visi sunt, ad captivos iugulandos prorumpunt, pubemque totam e medio tollunt. quoniam vero occursum Romanorum vitare se vix posse cernebant, vehiculis iunctis pro vallo se circumsepiunt, pueros et mulieres in medium recipiunt. Romani Getis (hoc enim illis nomen vetus est) propiores facti manum conserere cominus non audebant, e vallo accidentia in ipsorum equos tela metuentes, cum Alexander praefectus eos ad discrimen stataria pugna subeundum patria lingua cohortatur. ergo Romani de equis descendentes ad vallum procedunt. tela utrinque iaciuntur. et ex parte utraque Marte continuato, Romanus quidam insilit, enitensque plaustrum vallo coniunctum et pro defensione obiectum conscendit, illique insistens accedentes gladio ferit. barbaris deest cladis effugiendae consilium. perrumpunt quippe vallum Romani; ex quo barbari salutis spe orbati reliquum captivorum necant. Romani magna mole irruentes,

νοι ὀψέ που καὶ μόλις τοὺς περὶ τὸν χάρακα βαρβάρους ἀπέκτειναν. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ οἱ νενικηκότες τῷ στρατηγῷ τὰ συγκυρήσαντα διεξῄεισαν. πεμπταῖος δὲ ὁ στρατηγὸς κατὰ τοῦτον τὸν χῶρον γενόμενος, καὶ δὴ τὰ ἐπίχειρα τῶν προθεόντων ἰδών, ἠμείψατο τοὺς ἀνδραγαθήσαντας δώροις. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ P 168 κυνηγετεῖν ὁ Πέτρος πειρώμενος γίνεται πρὸς ἄλσος βαθύ. συὸς τοίνυν μεγίστου ἐν τούτῳ τῷ τέμπει κατεμφωλεύοντος, καὶ τῆς ὑλακῆς τῶν κυνῶν γενομένης μεγάλης, τὸ θηρίον τοῦ ἑδράσματος ἐξανίσταται καὶ κατὰ τοῦ Πέτρου χωρεῖ. ὁ δὲ στρατηγὸς πρὸς φυγὴν ἀναστρέψας τὸν ἵππον τὸν εὐώνυμον πόδα ἐξέθλιψεν δένδρῳ ὑψιτενεῖ προσραγείς. ὀδύναις τοιγαροῦν ὁ Πέτρος ἀφορήτοις σφακελιζόμενος ἐνδιατρίβει τῷ χώρῳ, ἐπὶ τῷ σφάλματι B κραταιῶς λίαν νοσηλευόμενος. ὁ δὲ Καῖσαρ ἀσχάλλων ἐπὶ τῇ τριβῇ τοῦ στρατηγοῦ, τήν τε περὶ τὸν πόλεμον ἀπραξίαν θαυμάσας, τὸν στρατηγὸν ἐλογογράφει ταῖς ὕβρεσιν. ὁ τοίνυν Πέτρος τὴν ἐν γράμμασι δυσφημίαν μὴ φέρων τοῦ αὐτοκράτορος, ἔτι πικρῶς ὑπὸ τῆς νόσου κατατρυχόμενος μεταποιεῖται τὸν χάρακα, καὶ τάφρους τέτταρας ἐναλλάξας ἐπὶ τὰς τῶν Σκλαβηνῶν ἐνεφοίτα διατριβάς. δεκάτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος C βασίλειον ἐπιστολὴν τῷ αὐταδέλφῳ ἐξέπεμπεν ἐνδημῆσαι τῇ Θρᾴκῃ· ἠκηκόει γὰρ ὁ Μαυρίκιος τῶν Σκλαβηνῶν τὰ πλήθη ἐς Βυζάντιον τὰς ὁρμὰς ἐπιφέρειν. ὁ δὲ στρατηγὸς ἐκ τούτου ἐπὶ τὸ Πίστου γίνεται φρούριον, μετὰ τοῦτο πρὸς τὰ Ζαλδαπὰ ἀφικνεῖται. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ πρὸς τὴν Ἰατρὸν τὴν πόλιν φοιτᾷ, καὶ δῆτα τὸ Λαταρκίου φρούριον παραμείψας εἰς Νοβὰς στρατοπεδεύεται. οἱ τοίνυν ἐγχώριοι ἀκηκοότες τὸν στρατηγὸν

sero licet et vix, barbaros intra vallum trucidant. altero die victores Petro duci eventa exponunt. qui die quinto in eodem loco versans, praemiaque a praecurrentibus parta conspiciens, donis eos ob virtutem est prosecutus. postridie venationem exorsus in densum quendam saltum venit, in quo aper immanis delitebat, qui resonis canum latratibus e latibulo suo excitus ducem petit. is equo ad fugam converso sinistrum pedem excelsae arbori illisum comminuit. doloribus ob id intolerandis tabescens, et ex illo infortunio laborans gravissime, in locis illis sese tenet. imperator moras indignans tantamque belli cessationem admirans, stomachosiores litteras ad eum scribit. Petrus convicia non ferens, quanquam adhuc acerbis oppressus cruciatibus, itineri se dat, et quartis castris loca ubi Sclavi morabantur attingit. decimo die Mauricius fratri epistolam transmittit, qua praecipit ut, quoniam audierit Sclavorum copias infestas Byzantium adventare, ipse Thracia ne excedat. ob hoc Pistum castellum, deinde Zaldapa contendit. postero die Iatrum urbem venit, Latarcloque castello praeterito Nobas appropinquat. eius adventu

ἐλευσόμενον τοῦ ἄστεος ἐξεχώρησαν, καὶ συνάντησιν αὐτῷ λίαν
ἐπίδοξον ἐποιήσαντο, καὶ τὸν Πέτρον καθικετεύουσι συνθιασώ-
την τῆς Λούπου γενέσθαι τοῦ μάρτυρος πανηγύρεως· κατ᾽ ἐκεί-
νην γὰρ τὴν ἡμέραν ἦν ἡ προεόρτιος ἑορτὴ Λούπου τοῦ μάρτυ-
ρος. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς διημερεῦσαι περὶ τὸν χῶρον διὰ τὴν
ἐκ τῆς ἀνάγκης ὁδοιπορίαν μὴ δύνασθαι ἔφασκεν· οἱ δὲ τοῦ
ἄστεος παχύναντες τὴν ἀξίωσιν τῇ ὑπεροχῇ τῶν δεήσεων τὸν
στρατηγὸν ἐβιάσαντο μέτοχον γενέσθαι τῆς πανηγύρεως. ὁ μὲν
οὖν Πέτρος ἡμέρας δύο ἀνὰ τὸ πόλισμα γεγονὼς ἀπαίρει ἐντεῦ-
θεν, καὶ ἐπὶ τὴν Θεοδώρου πόλιν τάφρον ἐχάραξεν, ὑπὸ πρώ-
D την δὲ ἕω ἐν τῇ λεγομένῃ Κουρίσκᾳ φοιτᾷ. (3) τρίτη δὲ ἡμέρα,
V 254 καὶ ἐν Ἀσίμῳ τῇ πόλει τὰς ἐπαύλεις ποιεῖται. ἐπεὶ δὲ οἱ τοῦ
ἄστεος ἐμεμαθήκεσαν προσδόκιμον ὄντα τὸν στρατηγόν, ἔξω γε-
γονότες τοῦ ἄστεος συναντῶσι τῷ Πέτρῳ, καὶ περιφανῆ τὴν περὶ
τὸ ἄστυ τοῦτο ἐπεποίηντο εἴσοδον. ἐν τῷ πολίσματι τούτῳ ἀπὸ
πρεσβυτέρων χρόνων τινῶν ὁπλιτικὸν συνετέτακτο ἐπὶ διαφρουρᾷ
P 169 τῶν τῆς πόλεως· πυκνότερον γὰρ περὶ ταύτην τὴν πόλιν οἷα
διάττοντες οἱ βάρβαροι κατεσπίλαζον. πυθόμενοι τοιγαροῦν τὸ
ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ὁπλιτικὸν καθεστὸς μέλλειν ἥκειν τὸν στρατη-
γόν, τὰ σημεῖα ἀράμενον, ἃ βάνδα Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν,
ἀποχωροῦσι τῆς πόλεως, εἶτα τοῖς ὅπλοις περιφραξάμενοι λίαν
εὐκλεῶς τὸν στρατηγὸν ὑπεδέχοντο. ὁ μὲν οὖν Πέτρος τὸ μεγα-
λοπρεπὲς τῶν περὶ τὴν πόλιν στρατιωτῶν θεασάμενος ἐνεχείρει
τούτους ἀπὸ τῆς πόλεως ἀφαιρεῖν καὶ ταῖς περὶ αὐτὸν συναναμῖ-
ξαι δυνάμεσιν. οἱ μὲν οὖν ἀστοὶ τό τε περὶ τὴν πόλιν ὁπλιτικὸν
D Ἰουστίνου τοῦ αὐτοκράτορος ὑπεδείκνυον νόμον, χαριζομένου τῇ

23. τῶν] τὸ ΙΡ.

in urbem perlato incolae perhonorifice obviam prodeunt, enixius rogantes uti festum diem Lupi martyris, cuius eo die praefestum erat, cum ipsis agere ne gravaretur. respondet propter necessariam profectionem illic se nec unum diem posse commorari. tum cives magis atque magis instantes summis precibus quod volunt extorquent. biduo ibidem peracto discedit, et ad Theodoropolim castrametatur, primoque diluculo Curiscam venit. (3) tertio die in oppido Asimo subsistit. oppidani ubi eum affore didicerunt, obviam se effundunt et insigni pompa introducunt. huic oppido praesidium militare iam pridem impositum erat, quod barbari crebrius id incursantes lacerarent. itaque et praesidiarii postquam appropinquare ducem intellexerunt, sublatis vexillis, quae Romanis banda dicuntur, moenibus armati procedunt, eumque magna cum dignitate excipiunt. Petrus tam praestantes oppidi milites contemplatus, eos inde abducere et suis adiungere copiis machinatur. cives, atque adeo praesidiarii ipsi, praesidium illud Iustini imperatoris auctoritate urbi attribu-

πόλει τὴν ἔνοπλον ταύτην διάδοχον πρόνοιαν. τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ πολέμαρχος ἔνστασιν ποιησάμενος ἀφαιρεῖσθαι τῆς πολίχνης τοὺς συντεταγμένους ἐπὶ τῇ ταύτης φρουρᾷ κατηπείγετο. διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως ἱερὸν οἱ περὶ τὴν πόλιν στρατιῶται τὴν καταφυγὴν ἐποιοῦντο. τούτων ὁ στρατηγὸς ἀκηκοὼς τῷ ἐπισκοποῦντι ἐδήλου τῶν ἱερῶν ὑπεξαγαγεῖν αὐτούς. δυσανασχετοῦντος δὲ τοῦ ἱερέως, ἀποστέλλει ὁ στρατηγὸς Γέντζωνα τὸν ταξίαρχον μετὰ πλήθους στρατιωτῶν ἐξωθῆσαι πρὸς βίαν τοὺς ἐπὶ τῷ C νεῷ τὴν καταφυγὴν ποιουμένους. τούτων δὴ ἀκηκοότες οἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἑδράσμασι καταφεύγοντες, ὅπλοις φραξάμενοι τὰς θύρας τοῦ ἱεροῦ ἐναποκλείουσι πάντοθεν. ὁ μὲν οὖν Γέντζων τὴν ἔνστασιν τὴν ἐν τῷ ἱερῷ περιβόλῳ θεασάμενος τήν τε ἀτοπίαν τοῦ πράγματος διαγνούς, ἅμα δὲ καὶ τὴν αἰδῶ τοῦ ναοῦ σεβασθείς, ἄπρακτος ἀπεφοίτα. ὁ δὲ στρατηγὸς καταθυμωθεὶς ἐπὶ τούτοις ἀποχειροτονεῖ τῆς στρατηγίας τὸν Γέντζωνα· ἦν δὲ ὁ Γέντζων τῆς πεζικῆς δυνάμεως ἡγεμών. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ D ἕνα τινὰ τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων, ὃν σκρίβωνα Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν μετάκλητον ποιησάμενος ἀναιδῆ τινὰ διεγχείρησιν τούτῳ προσέταττεν· ἡ δὲ ἀξίωσις ἦν τὸν ἐπισκοποῦντα τὴν πόλιν ἠτιμωμένως ἕλκειν ἐπὶ τὸν χάρακα. τούτων οἱ τῆς πόλεως μάρτυρες γεγονότες ἅπαντες συναθροίζονται, καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἀποσταλέντα κατὰ τοῦ ἱερέως ἐξωθοῦσι βίᾳ τῆς πόλεως, τάς τε πύλας τοῦ τείχους συγκλείσαντες καθύμνουν ταῖς εὐφημίαις τὸν αὐτοκράτορα, τὸν δὲ στρατηγὸν ὕβρεσι περιέβαλλον. ὁ δὲ Πέτρος περιστοιχίσας

tum, et hanc quasi vicariam ipsius et armatam providentiam ab eo sibi donatam esse docent. die sequenti dux vehementius rem urgens, oppidulum constitutis defensoribus nudare annititur. qua de causa milites in aedem sacram tanquam in asylum confugiunt. eo comperto dux episcopo mandat uti eos inde educat. quod cum ille facere detrectaret, Gentonem taxiarchum cum cohorte ad perfugas illos per vim templo expellendos destinat. hoc simulatque illi resciverunt, arreptis armis templi ianuas occludunt. Gento hominum in sacro illo septo pertinaciam videns, et improbum ducens quod imperatum erat, nec non templi sanctitatem reveritus, irrito incepto recedit. ea re dux furore impulsus, officio Gentonem (ducebat autem peditatum) exuit. postridie quendam de satellitibus imperatoris (Romani scribonem nominant) in tabernaculum suum advocat, cui facinus impudens iniungit. postulat enim uti urbis episcopum cum dedecore in castra pertrahat. id conspicati cives, concursu facto satellitem adversus episcopum a duce missum urbe eiiciunt, obseratisque portis laudes in imperatorem congerunt, Petrum maledictis cooperiunt. sic Petrus alios indagine cingens, ipse a praesidio urbis ut reti

ἀπὸ σημείου τῆς πόλεως ἐνεκυλίετο. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς ἐγχειρήσεως ἦν αὐτῷ κατονείδιστα, καταλιμπάνει τὸ πόλισμα, καὶ ἐς τὸ πρόσω βαδίσεως ἔναρξιν ἐποιεῖτο, μεγάλαις βλασφημίαις προπεμπόμενος ἐκ τῆς πόλεως.

P 170 V 256 4. Ἕκτῃ δ' ἡμέρᾳ, καὶ πρὸς τὸ σκοπῆσαι τοὺς πολεμίους ἄνδρας χιλίους συνέταξεν. οὗτοι ἑκατοντάσι δέκα Βουλγάροις προσπίπτουσιν. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι, ἅτε δὴ εἰρήνης Ῥωμαίοις καὶ Χαγάνῳ ὑπούσης, ἀπεριμερίμνως ἐποιοῦντο τὴν βάδισιν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι γνώμῃ τοῦ στρατηγοῦ κατὰ τῶν βαρβάρων τοῖς ἀκοντίοις ἐκέχρηντο. οἱ δὲ Βούλγαροι πρέσβεις ἐξέπεμπον τήν τε μάχην ἀποκηρυκεύοντες, καὶ παρῄνουν Ῥωμαίοις τὴν εἰρήνην μὴ διαφθείρειν. ὁ δὲ τοῦ συντάγματος ἔξαρχος πρὸς B τὸν στρατηγὸν τοὺς πρέσβεις ἐξέπεμπεν, ἀπὸ σημείων ὀκτὼ πεφυκότα τοῦ χωρίου. καὶ οὖν ὁ Πέτρος τοὺς εἰρηναίους λόγους ἀποσεισάμενος τοῖς προθέουσιν ἐδήλου φόνῳ μαχαίρας τοὺς βαρβάρους παραχρῆμα ὀλλύναι. οἱ μὲν οὖν Βούλγαροι πρὸς μάχην χεῖρας ἐνέμιξαν, καὶ λίαν ἡρωϊκῶς συνταξάμενοι εἰς φυγὴν ἀποκλῖναι Ῥωμαίους ἠνάγκασαν. τούτου δῆτα γεγονότος ὑπαναχωροῦσι κατὰ μικρὸν καὶ οἱ βάρβαροι ἐντροπαλιζόμενοι, ὀλίγον C γόνυ γουνὸς ἐπαμείβοντες, ἵνα καί τι τῆς Ὁμηρικῆς δέλτου τοῖς διηγήμασιν ἀναμίξωμεν· ἐδεδίεσαν γὰρ μή πως ἐπίθετος δύναμις τοῖς ἡττηθεῖσι προσομιλήσασα αὖθις συσταίη πρὸς πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Πέτρος διητυχηκὼς τοῦ βουλήματος, τὸν ταξίαρχον τῶν προθεόντων τῆς ἐσθῆτος γυμνώσας δουλοπρεπῶς ἐμαστί-

quodam involutus est. quando igitur coeptum ei in probrum et infamiam vertit, relicto oppido ultra pergere instituit, diris eum oppidanorum maledictis prosequentibus.

4. Sexto die mille viros ad hostes explorandos legit, qui in mille Bulgaros praeter opinionem incurrunt. barbari tanquam pace inter Romanos et Chaganum composita securi nihilque solliciti porro gradiuntur; in quos Romani ducis sui voluntate tela coniiciunt. Bulgari oratores mittunt, pugnam deprecantur, et de pace non dissuenda Romanos admonent. hos oratores dux barbaricus ad Romanum ducem ab eo loco passuum octo millibus absentem misit. Petrus verba de pace aversatus, Bulgaris exercitum praecurrentibus mox sese barbaros ferro perditurum significat. itaque Bulgari pro tempore ad conflictum instructi manus conserunt, et servatis admodum viriliter ordinibus Romanos in fugam compellunt, conversique sensim recedunt, paulum genua alternantes, ut etiam de Homericis libris aliquid historiae nostrae admisceamus. formidabant etenim, ne forte, si fugientes premendo assequerentur, redintegrare praelium cogerentur. Petrus proposito suo lapsus, praecurrentium exploratorum suorum taxiarchum detractis vestibus servilem in modum

γωσε. παραγίνονται τοίνυν ἐπὶ τὸν Χαγᾶνον οἱ βάρβαροι, καὶ τὰ παρηκολουθηκότα παραγυμνοῦσιν αὐτῷ. ὁ μὲν οὖν βάρβαρος ὡς τὸν Πέτρον πρέσβεις ἐξέπεμπε, καὶ παρασπονδοῦντί πως αὐτῷ κατωνείδιζεν. ὁ δὲ Πέτρος τοὺς πρέσβεις πιθανοῖς λόγοις D ἀπεβουκόλησε, καὶ ἄγνοιαν τοῦ σφάλματος προεφέρετο. δώροις τοίνυν λαμπροῖς καὶ λαφύρων ζημίαις μετατίθησι τὸν βάρβαρον πρὸς εὐμένειαν.

Τετάρτη δὲ ἡμέρα, καὶ πλησίον γίνεται τοῦ γείτονος ποταμοῦ, καὶ εἴκοσι συλλεξάμενος ἄνδρας ἐπεπόμφει διαπεραιοῦσθαι τὸν ποταμὸν καὶ διανοῆσαι τὰ τῶν πολεμίων κινήματα. οἱ μὲν οὖν τὸν ποταμὸν διαπορθμευσάμενοι ἥλωσαν ἅπαντες. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἁλώσεως οὗτος. εἴθισται τοῖς ἐπὶ κατασκοπῇ συντατομένοις ἀεὶ τὰς νύκτας ποιεῖσθαι τὴν βάδισιν, ἡμέρας δὲ λαμπούσης ὕπνοις προσομιλεῖν. οὗτοι πολλὴν τῇ προτεραίᾳ διαπεποιηκότες πορείαν, εἶτα κεκοπιακότες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ὑπὸ τὸ λυκόφως εἰς ἀνάπαυλαν τρέπονται περί τινα πλησίον λόχμην. περὶ δὲ τὴν τρίτην ὥραν πάντων καθευδόντων, καὶ μὴ P 171 ὑπόντος τοῦ διαφρουροῦντός τινος, γίνονται περὶ τὴν λόχμην οἱ βάρβαροι. ἀποβάντες τοίνυν οἱ Σκλαβηνοὶ τῶν ἵππων ἐνεχείρουν ψυχάζειν τοῖς τε ἵπποις ἀνακωχῆς μεταδιδόναι τινός. τοιγαροῦν ἐκ τοῦ παρήκοντος γίνονται οἱ Ῥωμαῖοι κατάφωροι. καὶ ζωγρηθέντες οἱ δείλαιοι ἀνητάζοντο διεξελθεῖν, ὅσα τοῖς Ῥωμαίοις βεβούληται. οἱ μὲν οὖν ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν διεξήεσαν ἅπαντα. ὁ δὲ Πειράγαστος (φύλαρχος δὲ οὗτος τῆς πλη-

14. τὴν προτεραίαν IP.

flagris caedit. Chagano barbari, quae sibi evenerunt, coram edisserunt. ille Petro per legatos foederis violati crimen exprobrat. Petrus legatos verbis ad fidem faciendam compositis deludit, et delicti huius ignorantiam praetexit. quamobrem donis insignibus, et spoliis praeterea ultro in poenam restitutis, barbarum ad benevolentiam traducit.

Quarto die flumini vicinior Petrus viginti delectis negotium dat, ut illo traiecto hostium sensus et consilia odorari studeant. traiiciunt, capiunturque omnes in hunc modum. constitutis exploratoribus noctu semper ambulare, die redeunte somnum capere mos est. hi quod nocte praeterita longa ambulatione corpora delassaverant, primo diluculo in propinqua virgultorum densitate quieti concedunt. tertiam circiter horam consopitis omnibus, ad virgulta illa Sclavi accedunt, ab equis descendunt, frigus in umbra captare et equis tantisper indutias dare instituunt. dum praetereunt, Romanos deprehendunt, miseros capiunt, et ab iis quid molirentur Romani expiscantur. capti salutem desperantes aperiunt omnia. Piragastus, tribunus catervae barbaricae, cum suis ad transitum

θύος ἐκείνης τῶν βαρβάρων) τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐπὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ διαβάσεις στρατοπεδεύεται, καὶ ταῖς ὕλαις ἐγκρύπτεται B οἷά τις ἐπιφυλλὶς ἀθεώρητος. (5) ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ τοῦ αὐτοκράτορος ἀδελφός, ἀπευδοκιμήσας ἐντεῦθεν πολεμίους ὑπεῖναι, κελεύει τὸν ποταμὸν διαπεραιοῦσθαι τὸ στράτευμα. χιλίων τοίνυν διανηξαμένων τὸν ποταμόν, ἅπαντας ἀναιροῦσιν οἱ βάρβαροι. τοῦτο διεγνωκὼς ὁ στρατηγὸς κατεπείγει τὰ πλήθη μὴ ἀνακερμάτιστον ἀλλὰ σύμφωνον ποιήσασθαι τὴν διάβασιν, ἵνα μὴ κατ' ὀλίγον τὸν ποταμὸν περαιούμενοι παρανάλωμα τοῖς ἀν- C τιπάλοις γενήσωνται. οὕτω τοίνυν τῆς Ῥωμαϊκῆς κοσμηθείσης συντάξεως, περὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ οἱ βάρβαροι παρατάττονται. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἀπὸ τῶν πορθμιδίων τοὺς βαρβάρους κατακοντίζονται, οἱ δὲ βάρβαροι τὰ πλήθη τῆς ἐκπομπῆς τῶν βελῶν φέρειν ἀδυνατήσαντες ὀρφανὰς τὰς ὄχθας καταλιμπάνουσιν. ἀναιρεῖται τοίνυν ὁ τούτων ταξίαρχος, ὃν Πειράγαστον ὁ λόγος φθάσας ἐδίδαξε· βέλους γὰρ ἐπὶ τῆς λαγόνος καταβληθέντος αὐτῷ, ἐν καιρίῳ τε τῆς πληγῆς γεγονυίας, θά- D νατος αὐτῷ πραγματεύεται. καὶ οὖν πεπτωκότος τοῦ Πειραγάστου τρέπεται πρὸς ἀποφυγὴν τὸ πολέμιον. γίνονται τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι κύριοι τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ. εἶτα τὰ πλήθη τῶν βαρβάρων περιβάλλοντες φόνῳ πολλῷ πρὸς ἀπόδρασιν χωρεῖν αὐτοὺς κατηνάγκαζον. τὴν δὲ δίωξιν ἐς μακρὰν μὴ οἷοί τε ὄντες ποιήσασθαι διὰ τὸ τῆς ἵππου χηρεύειν, πρὸς τὸν χάρακα ἐπανέζευξαν. γίνεται τοίνυν τῇ ὑστεραίᾳ μεγάλη πλάνη τοῖς ποδηγοῦσι τὸ στράτευμα, ὅθεν καὶ ἀνυδρία τῷ στρατοπέδῳ ἐνέσκηψε,

4. an ἐνταῦθα? 25. an forte ἐνέσκηψεν. ἡμέρα δευτέρα, καὶ?

fluminis procedit, atque in proxima silva haud secus quam racemus sub frondibus latet. (5) porro dux, imperatoris frater, haud ratus illic hostes latitare, amnem traiicere suos iubet. mille traiiciunt, quos ad unum barbari interficiunt. id ubi dux sensit, dat operam sedulo ut non palatim sed iunctim omnes simul traiiciant, ne alioqui ab hostibus deleantur. sic igitur Romano agmine aggregato et adornato, ad ripam barbari acie digesta consistunt. Romani e naviculis tela mittunt, quorum multitudinem barbari cum defendere non possent, ripam deserunt, caditque ipsorum ductor, cui Piragasto nomen fuisse diximus: sagitta quippe in eius ilia contorta, letale vulnus mors est consecuta. occiso Piragasto hostes in fugam convertuntur. Romani ripam obtinentes et in barbaros multa caede grassantes, caeteros item fugere cogunt. cum autem fugientes longius insequi nequirent propterea quod equis carebant, ad vallum sese recipiunt. postridie multum de via aberrantibus qui exercitui pedibus praeibant, in loca inaquosa deveniunt, crescitque

καὶ τὰ τῆς συμφορᾶς ἐπετείνετο. οὐ φέροντος τοίνυν τοῦ ὁπλιτικοῦ τὴν σπάνιν τοῦ ὕδατος οὔρῳ παρεμυθοῦντο τὸ δίψος. ἡμέρα δὲ τρίτη, καὶ τὸ κακὸν ἐμηκύνετο. καὶ ἂν ἡ στρατιὰ διώλωλεν ἅπασα, εἰ μὴ βάρβαρός τις ἁλοὺς τὸν Ἠλιβακίαν αὐτοῖς ἐξέλεξε ποταμόν, τέτταρας παρασάγγας ἀπέχοντα. οὕτω μὲν οὖν οἱ Ῥωμαῖοι ἐξ ἑωθινοῦ περιτυγχάνουσιν ὕδατι. τοίνυν οἱ μὲν προκλίναντές πως τὰ γόνατα τοῖς χείλεσι τὸ ὕδωρ λα- P 172
φύττουσιν, οἱ δὲ ἐπικεκυφότες ταῖς χερσὶν ἠρύοντο ὕδατα, ἄλλοι ἀπήντλουν ταῖς ὑδρίαις τὸ νᾶμα. δασέος δὲ τέμπους ὑπόντος εἰς τὸ ἀντιπέρας τοῦ ποταμοῦ, καὶ βαρβάρων ἐγκρυπτομένων αὖθι, γίνεται μεγίστη τοῖς Ῥωμαίοις ἐπήρεια· ἀκοντίοις γὰρ ἔβαλλον τοὺς ὑδρευομένους οἱ βάρβαροι. οὐκοῦν ἐξ ἀπόπτου φόνος πολὺς ἐπεγίνετο. δυοῖν τοίνυν θάτερον ἦν ἑλέσθαι B
ἀνάγκη, τοῦ ὕδατος ἀπειπεῖν καὶ ἀπὸ τοῦ δίψους τὸν βίον ἀπολιπεῖν, ἢ μετὰ τοῦ ὕδατος ὑπαντλεῖν καὶ τὸν θάνατον. ἀτὰρ πορθμία οἱ Ῥωμαῖοι ναυπηγησάμενοι τὸν ποταμὸν διενήξαντο, ὅπως κατάφωρον τὸ πολέμιον γένοιτο. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ ἀντιπέρας τὸ ὁπλιτικὸν παρεγένετο, ἀθρόον οἱ βάρβαροι ἐπιθέμενοι τῶν Ῥωμαίων κρατοῦσιν. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι νενικημένοι πρὸς φυγὴν ἀποκλίνουσι. καταπολεμηθέντος τοίνυν ὑπὸ τῶν βαρβάρων τοῦ Πέτρου Πρίσκος γίνεται στρατηγός, καὶ οὖν ἀποχειροτονηθεὶς τῆς ἡγεμονίας ὁ Πέτρος ἐς Βυζάντιον ἧκεν.

6. Πρὸ τεττάρων τοίνυν τούτων ἐνιαυτῶν (πρὸς γὰρ τὰ C V 257
πρεσβύτερα τῆς ἱστορίας αὖθις γινόμεθα) Ἰωάννης ὁ τὴν ἐς Βυζάντιον ἐκκλησίαν ἰθύνων τὸν τῇδε βίον ἀπέλιπεν, ὃς διὰ τὸ κα-

semper calamitas. milites aqua se defici non sustinentes, urina sitim consolantur. cum in diem tertium duraret augereturque miseria, perissent utique universi, ni barbarus quidam captus de Helibacia fluvio quatuor parasangis distante illis indicasset. ita mane Romani aquam inveniunt. tum alii inclinatis genibus proni ore avido hauriunt, alii se incurvantes manu cava potum excipiunt, alii vasculis utuntur. et quia ex adverso fluminis opacum nemus erat, in quo se barbari condiderant, iterum Romani ope maxima invaduntur, iaculisque in aquantes immissis non parva de improviso strages editur. e duobus igitur alterum oportebat eligere, aut aqua penitus destitutos desperare et prae sitis magnitudine emori, aut una cum aqua etiam interitum haurire. veruntamen scaphis compactis flumen tranant, quo hostes comprehenderent. ubi in ulteriorem ripam venerunt, confestim barbari prosilientes Romanis superiores evadunt: victi fugae se mandant. Petro a barbaris debellato Priscus dux renuntiatur, et Petrus abrogata sibi functione Byzantium revenit.

6. Ante quatuor hosce annos (rursum enim ad antiquiora revolvitur narratio) Ioannes ecclesiae Byzantinae praesul huius lucis usuram

ταφιλοσοφῆσαι λίαν τῶν ἡδονῶν τυραννῆσαί τε τῶν παθῶν αὐτοκράτορά τε τῆς κοιλίας γενέσθαι νηστευτὴς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων κατωνομάζετο. λέγεται δὲ καὶ ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἱκανὰ δανεισάμενον τάλαντα γραμματεῖον ἐκθέσθαι, τήν τε οἰκείαν περιουσίαν ἐν ταῖς ὁμολογίαις τοῦ δανείσματος ὑποθέσθαι. ἐπεὶ δὲ μετῆρεν ὁ ἱερεὺς τῶν τῇδε, ὁ αὐτοκράτωρ Μαυ- D ρίκιος τὴν τοῦ ἱεράρχου οὐσίαν διερευνησάμενος εὑρίσκει τὸν ἄνδρα ἀχρηματίαν φιλοσοφήσαντα, καὶ λίαν ἀγασθεὶς τὴν ἐς ἄκρον τοῦ ἱερέως δικαιοσύνην διέρρηξε προῖκα τὸ πρὸ μικροῦ συνταγὲν γραμματεῖον. μηδὲν γὰρ τῷ ἱερεῖ ἕτερόν φασι τὸν βασιλέα εὑρεῖν ἢ σκίμποδα ξύλινον καὶ σισύραν ἐξ ἐρίου ἐς τὰ μάλιστα εὐτελῆ φαιλώνην τε ἀκαλλῆ· δυσείμων γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ λιτότητι βίου καταλαμπόμενος. ταῦτα δήπου, ταῦτα ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων καὶ λίθων Ἰνδικῶν ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τιμησάμενος εἰς τὰ βασίλεια μετηγάγετο. ταῖς ἐαριναῖς τοιγαροῦν τῶν Χριστιανῶν νηστείαις ἐναβρυνόμενος, χαίρειν φράσας ταῖς χρυ- P 173 σαῖς καὶ λιθοκολλήτοις κλίναις, τοῖς τε νήμασι τῶν Σηρώων, ἐπὶ τοῦ ἱερέως ξυλίνην στιβάδα ὁ βασιλεὺς κατεπαννυχίζετο, θείας τινὸς ἐντεῦθεν ὥσπερ οἰόμενος μεταλήψεσθαι χάριτος.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους οἱ περὶ τὴν Λιβύην Μαυρούσιοι διωμοσίαν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ποιοῦνται. ἐπεὶ δὲ τὰ πλήθη συνέρρευσαν, ἐς μέγα φόβον οἱ Καρχηδόνιοι γίνονται. ὁ μὲν οὖν Γεννάδιος τὸ τηνικαῦτα Δέκαρ, οὐ στρατηγὸς ἐτύγχανεν

9. τὸ deest IP. 12. ἦν] οὖν IP.

reddidit; qui quod voluptates egregie pessundaret et vitiosas animi motiones compesceret ventrique assiduum bellum faceret, ieiunator a Byzantiis cognomentum tulit. fertur quoque a Mauricio complura talenta mutuatus syngrapham illi dedisse, et rem familiarem pignori opposuisse. postquam die suo est perfunctus, Mauricius in eius facultates inquirens paupertatem consectatum invenit, ac magnopere singularem hierarchae sanctimoniam admiratus, syngrapham paulo ante conscriptam gratuito conscidit, nihil siquidem aliud invenisse aiunt praeter lectum ligneum et laneum stragulum nullius pretii ac deformem penulam: vili enim vestitu delectabatur vir frugalitate vitae conspicuus. atque ista, ista, inquam, grandi pecuniae et Indicis lapillis Mauricius anteponens, in palatium transfert, iisque glorians, vernis Christianorum ieiuniis (in Quadragesima) aureos gemmatosque lectulos et stragula serica valere iubens, ligneo antistitis cubili totam noctem incubat, cum se divinam quandam gratiam inde percepturum arbitraretur.

Per idem tempus Mauri in Africa communiter contra Romanos coniurarunt. quibus copias cogentibus Carthaginenses in timorem non mediocrem adducti sunt. Gennadius itaque tum Decar, non praetor Li-

ὢν τῆς Λιβύης, τεθεαμένος ἀμυθήτῳ πλήθει τινὶ τὸν κατ' αὐτοῦ συστάντα πόλεμον, δόλῳ τοὺς βαρβάρους κατεπολεμήσατο. ὑποκρινόμενος γὰρ πεποιῆσθαι ἅπαντα ὅσα περ οἱ βάρβαροι βούλονται, καὶ εἰς ἄνεσιν περιτρέψας τὸ βάρβαρον, εὐωχουμένοις αὐτοῖς ἐπιτίθεται. τοῦ φόνου τοιγαροῦν γεγονότος πολλοῦ τῆς B τε λείας περιφανοῦς ὁ Καρχηδόνιος πόλεμος ἐλάμβανε τὴν διάλυσιν. οὕτω μὲν οὖν κατὰ τὴν Λιβύην εὖ καὶ μάλα καλῶς διετίθετο τοῖς Ῥωμαίοις.

Ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις κομήτης ἐν τῷ ὑπεκκαύματι φαίνεται. περὶ τούτων τοιγαροῦν τῶν δοκούντων συνεστάναι ἀστέρων οἱ μὲν φιλόσοφοι πρὸς μετεωρολογικὰς καταφεύγουσιν ἀφορμάς, ἃς Σταγειρῖται καὶ Πλάτωνες ἐν τῷ Ἑλικῶνι τῆς μνήμης βίβλοις ἐναπεγράψαντο· ἀστρολόγοι δὲ καὶ ἱστοριογράφοι τινὲς προαγόρευσιν ἐσομένων τινῶν λυπηρῶν ἀπεφήναντο. ἀλλ' ἡμεῖς τοὺς περὶ τούτων λόγους τῇ ἀναβολῇ τῆς διηγήσεως χαρισάμενοι πρὸς τὸν σκοπὸν ἐπιτοξάζεσθαι τὴν ἱστορίαν καταναγκάσωμεν.

7. Ἦρος ἀρχομένου καὶ ὁ Πρίσκος τοῦ Βυζαντίου ἀπο- C V 258 φοιτᾷ. εἶτα πρὸς τῇ Ἀστικῇ τὰς δυνάμεις συνήθροισε, τόν τε ἀριθμὸν τῆς δυνάμεως ἐξετάσας εὑρίσκει ὁ στρατηγὸς πολὺ τῶν Ῥωμαίων πλῆθος διαφθαρέν. πειρᾶται τοιγαροῦν ἐς Μαυρίκιον τὸν αὐτοκράτορα κατάδηλα τὰ τοῦ Πέτρου ποιήσασθαι σφάλματα. ὅμως ὑποπείθεται ὑπὸ συμβούλων τινῶν κρύψαι τὰ πλημμελήματα. δέκα τοίνυν καὶ πέντε ποιησάμενος χάρακας, D τόν τε Ἴστρον διαπεραιωθεὶς ποταμόν, τετάρτῃ ἡμέρᾳ, καὶ εἰς Νόβας τὰς ἄνω ὁ στρατηγὸς παραγίνεται. ὁ δὲ Χαγᾶνος τοῦτο

byae, cum exercitu numerosissimo bellum sibi intentari videret, dolo de barbaris triumphum egit. simulans enim facta a se omnia quae illi voluissent, dum feriis et epulationibus indulgent, eos appetit, multisque occisis finem Carthaginensi bello memorabilem imponit. hunc in modum res Romanae in Africa secunda admodum fortuna administrata est.

Per eosdem dies cometes ardere conspectus. in huiuscemodi astris, ut videntur, philosophi ad causas meteorologicas confugiunt, quas Stagiritae et Platones in Helicone libris ad memoriam commendaverunt. astrologi autem historiarumque scriptores quidam rerum tristium habere praesagium asseverant. verum nos huiusmodi disputationem narrationi pertexendae condonantes, ad destinatum scopum historiam urgeamus.

7. Initio veris Priscus Byzantio discedit, copiisque in Astica congregatis et recensitis magnum Romanorum numerum perisse deprehendit. quare cum Petrum neglecti officii accusare apud imperatorem vellet, tamen monitis quorundam motus eius delicta dissimulanda existimavit. quintis igitur et decimis castris, et Istro amne transmisso, quarto die Nobas superiores venit. eo rescito Chaganus per legatos ex Prisco ad-

μεμαθηκὼς ὡς τὸν Πρίσκον πρέσβεις ἐξέπεμψε, τήν τε αἰτίαν ἐξηρευνᾶτο μαθεῖν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀφίξεως. ὁ δὲ στρατηγὸς τοὺς τόπους ἔφασκεν εὐφυεῖς ἐς κυνηγέσια πεφυκέναι, ἱππασίμους τε καὶ λίαν εὐύδρους. ὁ δὲ Χαγᾶνος ἐδήλου ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς ἐπιβαίνειν Ῥωμαίους, παρασπονδῆσαί τε Πρίσκον, καὶ ἀοράτως τὴν εἰρήνην ὑπ' αὐτοῦ περισχίζεσθαι. ἔφασκε τοίνυν ὁ
P 174 Πρίσκος Ῥωμαϊκὸν ὑπεῖναι τὸ ἔδαφος, ὁ δὲ βάρβαρος ὅπλοις καὶ νόμοις πολέμων Ῥωμαίους ἀποκτήσασθαι τοῦτο. τοῦ τοίνυν Χαγάνου ζυγομαχοῦντος καὶ διαμφιβάλλοντος περὶ τούτων τῶν τόπων, φασὶ τὸν Πρίσκον τὴν ἐκ τῆς ἕω ἀπόδρασιν ὀνειδίσαι Χαγάνῳ.

Ἀλλ' ἐπεὶ περὶ τῶν Σκυθῶν τῶν πρὸς τῷ Καυκάσῳ τῶν τε πρὸς βορρᾶν τετραμμένων μνήμην ἐποιησάμεθα, φέρε δὴ φέρε τὰ παρηκολουθηκότα κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τοῖς μεγίστοις ἔθνεσι τούτοις ὥσπερ ἐμβόλιμά τινα διηγήματα τὴν ἱστο-
B ρίαν μεσολαβήσαντες παραθώμεθα. θέρους ἐνεστῶτος κατὰ τοῦτον δὴ τὸν ἐνιαυτὸν ὁ πρὸς τῇ ἕῳ ὑπὸ τῶν Τούρκων Χαγᾶνος ὑμνούμενος πρέσβεις ἐξέπεμψε Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, ἐπιστολήν τε συντεταχὼς ἐπινίκια ἐνεχάραττεν ἐν αὐτῇ. ἡ δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἐπιγραφὴ εἶχεν ἐπὶ λέξεως οὕτως "τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁ Χαγᾶνος ὁ μέγας δεσπότης ἑπτὰ γενῶν καὶ κύριος κλιμάτων τῆς οἰκουμένης ἑπτά." τῷ ὄντι γὰρ τὸν ἐθνάρχην τῶν Ἀβδελῶν (φημὶ δὴ τῶν λεγομένων Ἐφθαλιτῶν) καταπολεμήσας οὗτος αὐτὸς ὁ Χαγᾶνος ἐνίκησε, τήν τε τοῦ ἔθνους ἀρχὴν

23. νεφθαλιτῶν IP.

ventus causam exquirit. respondet Priscus, quia loca illa ad venandum et equitandum natura accommodata sint et aquis abundent. Chaganus docet Romanos in regione aliena pedem ponere, et Priscum foedus transgredi occulteque pacem convellere. Priscus haec contra, Romanum esse solum. et barbarus, armis ac iure belli Romanos id amisisse. Chagano igitur rixante et super his locis disceptante, Priscum ei ex Oriente fugam obiecisse ferunt.

Sed quoniam de Scythis ad Caucasum et Boream habitantibus mentio illata est, agedum, quae maximis hisce gentibus per haec tempora acciderunt, cursu historiae insititia quadam narratione interrupto prodamus. aestate huius anni appetente Chaganus in Oriente a Turcis celebratus legatos ad Mauricium imperatorem mittit, cum epistola, in qua de triumphis suis gloriatur. inscriptio ad verbum talis erat. "Imperatori Romanorum Chaganus magnus despota septem gentium et dominus septem mundi climatum." sane principem gentis Abdelarum, qui aliter Ephthalitae, bello hic Chaganus subegit, sibique imperium illud

περιεβάλετο. ἐπὶ τῇ νίκῃ τοίνυν εἰς μέγα ἀρθείς, καὶ τὸν Στεμ- C
βισχάδαν σύμμαχον ποιησάμενος, τὸ τῶν Ἀβάρων ἔθνος κατεδουλώσατο. ἀλλὰ μή τις οἰέσθω παριστορεῖν ἡμᾶς κατὰ τούτους τοὺς χρόνους, Ἀβάρους εἶναι διανοούμενος τοὺς ἀνὰ τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Παννονίαν προσοικοῦντας βαρβάρους, καὶ τούτων τὴν ἄφιξιν πρεσβυτέρων γενέσθαι τῶν χρόνων Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. ψευδωνύμως γὰρ Ἀβάρων προσηγορίαν οἱ περὶ τὸν Ἴστρον περιεβάλοντο βάρβαροι· ὅθεν δὲ τὸ γένος αὐτοῖς, ὅσον οὔπω εἰρήσεται. ἡττηθέντων γοῦν τῶν Ἀβάρων (πρὸς γὰρ τὸν λόγον ἐπάνιμεν) οἱ μὲν πρὸς τοὺς κατέχοντας τὴν
Ταυγὰστ παραγίνονται. πόλις ἐπιφανής, τῶν τε λεγομένων D
Τούρκων ἀπῴκισται χιλίοις πρὸς τοῖς πεντακοσίοις σημείοις· αὐτῇ ὅμορος καθέστηκε τοῖς Ἰνδοῖς. οἱ δὲ περὶ τὴν Ταυγὰστ αὐλιζόμενοι βάρβαροι ἔθνος ἀλκιμώτατον καὶ πολυανθρωπότατον, καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνεσι διὰ τὸ μέγεθος ἀπαράλληλον. ἕτεροι τῶν Ἀβάρων ἐπὶ τὴν ἧτταν πρὸς ταπεινοτέραν ἀποκλίναντες τύχην παραγίνονται πρὸς τοὺς λεγομένους Μουκρί. τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος πλησιέστατον πέφυκε τῶν Ταυγάστ, ἀλκὴ δὲ αὐτῷ πρὸς τὰς παρατάξεις πολλὴ διά τε τὰ ἐκ τῶν γυμνασίων ὁσημέραι μελετήματα διά τε τὴν περὶ τοὺς κινδύνους τῆς ψυχῆς ἐγκαρτέρησιν. ἐπιβαίνει τοίνυν καὶ ἑτέρου ἐγχειρήσεως ὁ Χαγᾶνος, καὶ τοὺς Ὀγὼρ ἐχειρώσατο πάντας. ἔθνος δὲ τοῦτο τῶν ἰσχυροτάτων καθέστηκεν διά τε τὴν πολυανδρίαν καὶ τὴν πρὸς τὸν πόλεμον ἔνοπλον ἄσκησιν. οὗτοι δὴ πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς τὰς οἰκήσεις ποιοῦνται, ἔνθα ὁ Τὶλ διαρρεῖ ποταμός, ὃν

vindicavit. ea victoria inflatus, et Stembischada ad armorum societatem adiuncto, Abarum quoque nationem in ditionem suam redegit. nolim autem quemquam opinari me huius temporis res mala fide commemorare, dum sentit Abaros esse barbaros illos, qui in Europa et Pannonia sedes habent, eoque ante Mauricii tempora advenerunt. falso enim id nomen barbari Istrum accolentes usurpant. unde porro et illis genus, infra dicetur. ergo devictis a Chagano Abaris (sursum enim redeo) alii eorum ad Taugastenses confugerunt (est autem Taugast Turcarum nobilis colonia, stadiis mille quingentis ab India distans, cuius indigenae et strenuissimi et frequentissimi et praestantia quovis populo in orbe terrarum superiores), alii propter amissam libertatem humiliorem sortiti conditionem ad Mucritas qui dicuntur, Taugastensibus vicinissimos se contulerunt, ad praelia ineunda tum propter quotidiana belli exercitia tum propter tolerantiam in periculis eximio animorum robore praeditos. aggressus est et aliud facinus Chaganus, et Ogor gentem totam domuit. fuit haec gens tum numero tum armorum exercitatione validissima. haec

μεθ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως ἐς Αἰθιοπίαν στρατεύσαντος ἐγνώσθη P 187 τὰ κατὰ ταύτην τὴν χώραν λίαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀκριβέστερον. οἱ μὲν οὖν κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς ἀπὸ τοῦ περιρρέοντος τὴν οἰκουμένην ὠκεανοῦ φασὶ τὸν Νεῖλον λαμβάνειν τὴν σύστασιν, λέγοντες μὲν οὐδὲν ἀληθές, ἀπορίᾳ δὲ λύοντες τὴν ἀπορίαν, καὶ λόγον φέροντες εἰς πίστιν πολλῆς προσδεόμενον πίστεως, ὀρφανὴν τὴν διήγησιν καταλιμπάνοντες βεβαιώσεως. τῶν δὲ Τρωγλοδυτῶν οἱ μεταναστάντες ἐκ τῶν ἄνωθεν τόπων, οἱ καὶ Βόλγιοι προσαγορευόμενοι, λέγουσιν ἐμφάσεις εἶναί τινας περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους, ἐξ ὧν ἄν τις συλλογίσοιτο διότι πολλῶν πηγῶν εἰς ἕνα τό- B πον ἀθροιζομένων τὸ ῥεῦμα τοῦ Νείλου συνίσταται. ἀμέλει καὶ πολυγονώτατον αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμοὺς πεφυκέναι φασίν. οἱ δὲ κατοικοῦντες τὴν νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Μερόην (αὕτη δὲ ἐπὶ τὸ Νεῖλον ἵδρυται ῥεῖθρον) τὸν ποταμὸν κεκλήκασιν Ἀσταποῦν, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων διάλεκτον ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ· ἀκαταληψίᾳ γὰρ οὗτοι ἀνατιθέασι τοῦ ποταμοῦ τούτου τὴν φύσιν. Θαλῆς μὲν οὖν εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὀνομαζόμενος φησὶ τοὺς ἐτησίας ἀντιπνέοντας ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ κωλύειν εἰς τὴν θάλασσαν προχεῖσθαι τὸ ῥεῖθρον, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν πληρούμενον C ἐπικλύζειν ταπεινὴν οὖσαν καὶ πεδιάδα τὴν Αἴγυπτον. τοῦ δὲ λόγου τούτου καίπερ εἶναι δοκοῦντος πιθανοῦ ῥᾴδιον ἐξελέγξαι τὸ ψεῦδος· εἰ γὰρ ἦν ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ἅπαντες οἱ ποταμοὶ οἱ

14. an Νειλῷον? 20. τοῦτον αὐτὸ IP.

runt. postquam vero rex, de quo diximus, cum Graecis copiis Aethiopiam est ingressus, regio haec, ut paucis dicam, multo exploratius atque perfectius cognosci coepta est. sacerdotes igitur Aegyptii, ab Oceano orbem circumdante Nilum oriri affirmantes, nihil dicunt, et dubium quod est, per dubium dissolvunt; rationemque ad fidem conciliandam adducentes, quae ipsa vehementer fide indiget, quod narrant, confirmatione destitutum relinquunt. Troglodytae, qui e superioribus locis migrarunt et Bolgi appellantur, dictitant in locis illis cavitates esse; unde quispiam ratiocinetur multis fontibus in unum confluentibus Nili fluentum intumescere. sane omnium quoque mundi fecundissimum hunc esse aiunt. qui vero insulam Nili, Meroe dictam, incolunt, fluvium Astapum nominant, quam vocem transferas "e tenebris aqua profluens:" naturam enim huius fluminis incomprehensam esse isti statuunt. Thales unus de sapientibus docet discedenti Nilo Etesias resistere, et cursus eius eorum flatibus acto contra ostia mari sustineri; atque hinc illum exuberantem per totam Aegyptum, quae depressa et campestris sit, late exspatiari. sed huius rationis, quamvis probabilis videatur, non difficile est falsitatem ostendere. nam si quid veritatis haberet quod

τοῖς ἐτησίαις ἐναντίας κεκτημένοι τὰς ἐκβολὰς ἂν ἐποιοῦντο τὴν
ὁμοίαν ἀνάβασιν. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ προσαγορευόμενος φυσικὸς
τὴν τηκομένην κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν χιόνα τῆς τοῦ ποταμοῦ πλη-
ρώσεως ὑπάρχειν αἰτίαν ἐδόξασεν· ᾧ καὶ ὁ τραγῳδοποιὸς Εὐρι-
V 268 πίδης πειθόμενος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασι τοῦτο συντέταχε. ταύ-
την μὲν οὖν τὴν ἀντίθεσιν οὐ πολλῆς ἀντιθέσεως δεῖσθαί φαμεν,
φανεροῦ καθεστῶτος τοῦ ψεύδους· διὰ γὰρ τὴν ὑπεροχὴν τῶν
D καυμάτων ἀδύνατον χιόνα περὶ τὴν Αἰθιοπίαν συνίστασθαι· κα-
θόλου γὰρ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους οὐ πάγος, οὐ ψῦχος οὔτε
ὅλως χειμῶνος ἔμφασις πέφυκε, καὶ μάλιστα τροπαῖς θεριναῖς.
εἰ δὲ καί τις εἴποι τῷ τῆς συγχωρήσεως τρόπῳ εἶναι πλήθη χιό-
νων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ αὖθις ἐλέγχεται τοῦ προλεχθέντος
δοκιμωτάτως τὸ ἐξίτηλον. ἅπας γὰρ ποταμὸς ἀπὸ χιόνος τὴν
περιουσίαν λαχὼν ὁμολογουμένως αὔρας ψυχρὰς ἀναδίδωσιν,
ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα παχύνειν πέφυκε· περὶ δὲ τὸν Νεῖλον τὸν πο-
ταμὸν οὔτε νέφους ὑπόστασιν ἔστιν εὑρεῖν οὔτε αὔρας ψυχρὰς
οὔτε παχυνομένην τοῦ ἀέρος τὴν φύσιν. Ἡρόδοτος δὲ τὸν Νεῖ-
λον εἶναι μὲν τηλικοῦτόν φησιν ὁποῖός τις καὶ φαίνεται κατὰ τὴν
πλήρωσιν, χειμῶνος δὲ ὥρᾳ τὸν ἥλιον κατὰ τὴν Λιβύην φερόμε-
P 188 νον ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν ὑγρᾶς οὐσίας συστήματα ἐκ τῶν
Νειλῴων ὑδάτων, κἀντεῦθεν χειμῶνος ὥρᾳ ἥττονα γίνεσθαι τὸν
ποταμόν· τοῦ δὲ θέρους ἐπιστάντος, καὶ πρὸς τοὺς ἄρκτους
ποιουμένου τὴν βάδισιν, ἀναξηραίνειν καὶ ταπεινοῦν τοὺς περὶ
τὴν Ἑλλάδα ποταμοὺς πεφυκότας· διὰ τοῦτο μὴ παράδοξον κα-

6. an θέσιν? 23. τὴν] τοῦ ἡλίου τὴν?

ait, omnes fluvii, qui contra flantibus Etesiis a mari repercutiuntur, similiter magnis auctibus excrescerent. Anaxagoras cognomento physicus solutis in Aethiopia nivibus Nilum attolli est opinatus; cui assentiens tragicus poeta Euripides id ipsum in poematis suis posuit. hanc igitur oppositionem non multa oppositione opus habere dicimus, quandoquidem vanam esse claret. nam propter fervores incredibiles in Aethiopia aquam in nivem densari non est ut possit fieri. prorsus enim in locis illis nec glacies nec frigus nec ulla hiems, et solstitio aestivo potissimum, cernitur. quodsi concedamus in Aethiopia nivem altam cadere, tamen quod ante de ea liquata asserebatur, rursum ut vanum ac frivolum probabilissime refellitur. omnis quippe fluvius aquis nivium solutarum accrescens, convenienter auras quoque frigidas expirat, quin et coelum crassum reddit. atqui circum Nilum neque nebulae alicuius concretionem neque auras gelidas neque aërem crassum reperias. Herodotus porro Nilum tantum esse scribit quantus cum plenus est apparet, hieme autem solem supra Libyam volventem ex undis Niloticis humentis substantiae copiam attrahere, atque inde per hiberna flumen parcius ire. aestate redeunte et ad arctos sole reverso, Graeciae flumina siccari et

θεστάναι τὴν περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς τοῦ Αἰγυπτίου πλήρωσιν ποταμοῦ. ἀλλ' αἰδοῖ τῆς φιλομαθείας τοῦ ἀνδρὸς οὐ διεξοδικῶς κατηγοροῦμεν τοῦ σφάλματος. εἰ γὰρ ταῦτα σύμφωνα τοῖς ἀληθέσι καθίστατο, πάντως ἂν καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων κατὰ τὴν Λιβύην ποταμῶν ὁ ἥλιος ἀνελάμβανε καὶ ἀδελφὰ τῶν παθημάτων τοῦ Νείλου. ἀλλὰ μὴν τοιοῦτον οὐδὲν περὶ τοὺς Λίβυας ποταμοὺς ἔστι θεάσασθαι. οὐκοῦν ὁ συγγραφεὺς ἀποσχεδιάζει B
τὸν λόγον. Δημόκριτος δὲ ὁ τῆς φύσεως ἀδελφὸς περὶ τὰς ἄρκτους ὥρᾳ χειμῶνος καταφέρεσθαι πολλὴν διαβεβαιοῦται χιόνα, θέρους δὲ ὑπόντος ὑπὸ τῆς αἰθάλης διαλύεσθαι ταύτην, ἔνθεν φησὶ γίνεσθαι τηκεδόνα πολλήν, καὶ διὰ τοῦτο τίκτεσθαι πολλὰ νέφη παχύτερα περὶ τοὺς μετεωροτέρους τῶν τόπων, δαψιλοῦς τῆς ἀναθυμιάσεως αἰρομένης πρὸς ὕψος. ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἐλαύνεσθαι, μέχρις ἂν προσπέσῃ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην· εἶναι δὲ ταῦτα περὶ τὴν Αἰθιοπίαν. ἔπειτά πως τοιούτοις οὖσιν ὑψηλοῖς βιαίως θραυόμενα παμμεγέθεις ὄγκους γεννᾶν, ἐξ ὧν πληροῦσθαι τὸν ποταμὸν κατισχυρίζεται περὶ τὰς τῶν ἐτησίων ἀνέμων πνοάς. ἀλλ' οὐ πιστευτέον C
αὐτῷ· ὁ γὰρ Νεῖλος ἄρχεται μὲν πληροῦσθαι κατὰ τὰς τροπὰς ὡς ἔπος εἰπεῖν τὰς θερινάς, οὔπω τῶν ἐτησίων πνεόντων, λήγει δὲ ὕστερον ἰσημερίας φθινοπωρινῆς, πάλαι προπεπαυμένων τῶν εἰρημένων ἀνέμων. τὴν μὲν οὖν ἐπίνοιαν τοῦ Δημοκρίτου ἀποδεκτέον, τοῖς δὲ λόγοις αὐτοῦ οὐδαμῶς πιστευτέον. Ἔφορος δὲ

15. τῶν] τῆς IP. 22. μὲν συνεπίνοιαν IP.

imminui. quapropter Aegyptii fluminis accretionem aestivo solstitio admirabilem videri non debere. verum nos amorem studiumque pervestigandi in hoc viro reveriti, errorem eius uberius non castigabimus. hoc tantum dicemus. si ista cum veritate consentirent, omnino sol idem caeteris Libyae fluminibus quod Nilo faceret. atqui nihil tale in illis observatur. non igitur historicus ille satis considerate locutus est. Democritus, alioqui naturae secretorum peritissimus, in septentrione per hiemem imbres nivales decidere asseverat, per aestatem aestu nivem illam ubertim colliquefieri ac dissipari. idcirco in locis sublimioribus multas nubes densiores generari, larga exspirationum vi eo sublata. hasce nubes ab Etesiis impelli, donec montibus omnium altissimis illidantur: eos autem montes esse in Aethiopia. post eorum excelsitate violenter diruptas largissimos imbres effundere, quibus Nilus (Etesiarum puta diebus) repleatur. sed huic habenda fides non est. Nilus enim, ut uno verbo dicam, crescere circa solstitium aestivum incipit, Etesiis nondum spirantibus: desinit aequinoctio autumnali, quando hi venti pridem posuerunt. laudanda, nullo autem modo credenda est haec Democritaea commentatio. Ephorus incredibilem plane rationem adducit.

ξένην αἰτίαν τινὰ περιίστησι. φησὶ δὴ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν
ποταμόχωστον εἶναι, ἀλλὰ μὴν καὶ ψυχράν, ἔτι δὲ καὶ κισση-
ρώδη τὴν φύσιν, ῥαγάδας τε καὶ μεγάλας καὶ διηνεκεῖς ἔχειν,
καὶ διὰ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν πλῆθος ὑγρότητος, καὶ
D κατὰ μὲν τὴν χειμερίαν ὥραν τοῦτο συνέχειν ἐν ἑαυτῇ, θερινῶν
δὲ ἐπερχομένων τροπῶν ὥσπερ ἱδρῶτάς τινας ἐξ αὐτῆς πανταχό-
θεν ὑπεῖναι, καὶ διὰ τοῦτο πληροῦν τὸν ποταμόν. ὁ μὲν οὖν
Ἔφορος δῆλός ἐστι μὴ μόνον οὐ τεθεαμένος τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ
μηδὲ παρὰ τῶν ἰδόντων τὰ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἐπιμελῶς πε-
πυσμένος. πρῶτον μὲν γάρ, εἴπερ ἐξ αὐτῆς τῆς Αἰγύπτου ὁ
Νεῖλος τὴν αὔξησιν ἀπελάμβανεν, οὐκ ἂν ἐν τοῖς ἀνωτέρω μέρε-
σιν ἐπληροῦτο, διὰ πετρώδους καὶ στερεᾶς χώρας φερόμενος·
νῦν δὲ πλείω τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων διὰ τῆς Αἰθιοπίας διαρ-
ρέων ἔχει τὴν αὔξησιν πρὶν ἢ ψαύσῃ τῆς Αἰγύπτου. ἔπειτα εἰ
μὲν τὸ ῥεῦμα τοῦ Νείλου ταπεινότερον ἦν τῶν κατὰ τὴν ποταμό-
χωστον γῆν ἀραιωμάτων, ἐπιπολαίους ἂν εἶναι τὰς ῥαγάδας συνέ-
βαινε, καθ' ἃς ἀδύνατον ἦν διαβαίνειν τοσοῦτον πλῆθος ὑδά-
P 189 των· εἰ δὲ ὑψηλότερον τόπον ἐπεῖχεν ὁ ποταμὸς τῶν ἀραιωμά-
των, ἀδύνατον ἦν ἐκ τῶν ταπεινοτέρων κοιλωμάτων εἰς τὴν ὑψη-
λοτέραν ἐπιφάνειαν τὴν τῶν ὑδάτων σύρρευσιν γίνεσθαι. καθό-
V 269 λου δὲ τίς ἂν δυνατὸν ἡγήσοιτο τοὺς ἐκ τῶν κατὰ τὴν γῆν ἀραιω-
μάτων ἱδρῶτας τοσαύτην αὔξησιν τῷ ποταμῷ εἰσποιεῖν, ὥστε
ὑπ' αὐτοῦ σχεδὸν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ἐπικλύζεσθαι; ἀφίημι

21. ἐκ τῶν] ἑαυτῶν IP.

Aegyptum totam fluminibus subterraneis refertam ac frigidam naturaque pumicosam seu fistulosam esse; rimas item magnas ac perpetuas habere, per quas in se copiam humoris recipiat, quam hiberno tempore contineat, aestivo autem solstitio ineunte veluti sudores quosdam ex omni parte emittat, atque ita Nilum flumen excrescere. caeterum non modo Aegyptum nunquam oculis obiisse Ephorum, sed neque ab iis, qui eam vidissent, res eius probe cognovisse certum est. primum enim, si ex ipsa Aegypto incrementum suum Nilus acciperet, non utique in partibus superioribus aquas ampliores volveret, ubi per petrosam ac solidam regionem fertur. nunc plus sex millibus stadiorum per Aethiopiam labens augmina sumit, priusquam Aegyptum attingat. ad haec, si quidem fluenta Nili terrae fluminibus perviae raritatibus sive rimis humiliora forent, contingeret rimas illas superficiarias esse, per quas tantam vim aquarum transire est impossibile. sin autem rimis ipsis altiora, rursum ex inferioribus cavitatibus in summum flumen aquae confluere minime possent. ad summam, quis fieri posse credat ut prorumpentes ex terrae hiatibus sudores tanta flumini incrementa suppeditent, ut universae pene Aegypto innatet? ut nihil dicam de mendacio, subterlabi scilicet Aegypto

γὰρ καὶ τὸ ψεῦδος τῆς τε ποταμοχώστου γῆς καὶ τῶν ἐν τοῖς ἀραιώμασι τηκομένων ὑδάτων, ἐπιφανῶν ὄντων τῶν ἐν τούτοις ἐλέγχων. ὁ μὲν γὰρ Μαίανδρος ποταμὸς κατὰ τὴν Ἀσίαν πολλὴν χώραν πεποίηκε ποταμόχωστον· καίπερ τῶν συμβαινόντων B περὶ τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ Νείλου τὸ σύνολον οὐδὲν θεωρεῖς γινόμενον. ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁ καλούμενος Ἀχελῷος ποταμὸς περί τε τὴν Βοιωτίαν ὁ Κηφισὸς ἐκ τῶν Φωκέων οὐκ ὀλίγην χώραν προσέχωσαν, ἐφ' ὧν ἀμφοτέρων ἐλέγχεται φανερῶς τοῦ Ἐφόρου τὸ ψεῦδος. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸν Ἔφορον· τῶν δὲ ἐν Μέμφιδι φιλοσόφων τινὲς ἐπεχείρησαν αἰτίαν φέρειν τῆς πληρώσεως ταύτην. φασὶ διαιρεῖσθαι εἰς τρία τὴν γῆν, καὶ ἓν μὲν ὑπεῖναι τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν οἰκουμένην (δέον γὰρ οὕτως εἰπεῖν), ἕτερον δὲ τὸ τούτοις τοῖς τόποις ἀντιπεπονθὸς ταῖς ὥραις, τὸ δὲ τρίτον μεταξὺ κεῖσθαι τούτων, ὑπάρχειν δὲ καὶ διὰ καῦμα λίαν ἀοίκητον. εἰ μὲν οὖν ὁ Νεῖλος ἐποιεῖτο τὰς ἀναβάσεις C κατὰ τὸν τοῦ χειμῶνος καιρόν, δῆλον ὑπῆρχεν ὡς ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ζώνης λαμβάνει τὴν σύρρευσιν, διὰ τὸ περὶ τούτους τοὺς καιροὺς μάλιστα γίνεσθαι παρ' ἡμῖν τὰς ἐπομβρίας. ἐπεὶ τοὐναντίον περὶ τὸ θέρος πληροῦται, πιθανὸν εἶναι κατὰ τοὺς ἀντικειμένους τόπους γεννᾶσθαι τοὺς χειμῶνας, καὶ τὸ πλεονάζον τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ὑδάτων εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς γίνεσθαι οἰκουμένην. διὸ καὶ πρὸς τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου μηδένα δύνασθαι παρελθεῖν, ὡς ἂν ἐκ τῆς ἐναντίας ζώνης διὰ

4. καίπερ] καὶ περὶ IP.

flumina et in cavis terrae liquentes aquas existere, cum ipsa harum assertionum falsitas manifesta sit. nam Maeander Asiae fluvius per multa spatia sub terra manat, nec tamen in suscipiendis auctibus quidquam omnino ei tale quale Nilo evenire cernitur. quin etiam Acarnaniae fluvius Achelous et Boeotiae Cephisus, e Phocide oriundus, non modicum terrarum subterlabuntur; qui ambo Ephorum apertae vanitatis convincunt. et haec quidem adversus Ephorum. Memphitici quidam philosophi incrementi huius istam causam afferre ausi sunt. tellurem in tres partes dividi. unam esse nostrum orbem (sic enim appellare oportet), alteram, quae his locis tempestatibus anni non respondet, tertiam inter has locatam et ob immensos calores prorsus inhabitabilem. quare si Nilus hieme augesceret, certum esset eum in nostra zona confluxum aquarum recipere, cum per hoc tempus maxime apud nos pluviae cadant. quoniam autem contra fit et aestate ascendit, probabile apparere in locis nobis e regione oppositis hiemes nasci, et redundantiam illic aquarum in orbem nostrum deferri. atque ideo ad Nili fontes neminem posse pervenire, quia a zona vestigiis nostris contraria per inhabitatam seu torri-

τῆς ἀοικήτου φερομένου τοῦ ποταμοῦ. μαρτυρεῖν δὲ τούτοις D καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς γλυκύτητος τοῦ κατὰ τὸν Νεῖλον ὕδατος· διὰ γὰρ τῆς κεκαυμένης αὐτὸν ῥέοντά φασι λίαν καθέψεσθαι καὶ διὰ τοῦτο γλυκύτατον εἶναι πάντων τῶν ποταμῶν, ἅτε δὴ φύσει τοῦ πυρώδους ἅπαν τὸ ὑγρὸν καταγλυκαίνοντος. ἡμεῖς δὲ καὶ πρὸς τοῦτο λέξομεν. ἀδύνατον γὰρ εἶναί φαμεν ποταμὸν ἐκ τῆς ἀντικειμένης οἰκουμένης εἰς τὴν ἡμετέραν ἀναφέρεσθαι γῆν, καὶ μάλιστα εἴ τις ὑπόθειτο σφαιροειδῆ τὴν γῆν πεφυκέναι. πῶς γὰρ μόνος ὁ Νεῖλος ἐξ ἐκείνης φέρεται τῆς οἰκουμένης πρὸς τοὺς τόπους τοὺς καθ' ἡμᾶς; εἰκὸς γὰρ εἶναι καὶ ἑτέρους ἐκεῖ ποταμούς, καθάπερ καὶ παρ' ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ ἡ περὶ τῆς τοῦ ποταμοῦ τούτου γλυκύτητος αἰτία παντελῶς ἄλογος καὶ ἀναπόδεικτος πάντη καθέστηκεν. εἰ γὰρ καθεψόμενος ὑπὸ τῶν καυμάτων ὁ ποταμὸς ἐγλυκαίνετο, πολύγονος οὐκ ἂν ὑπῆρχέ ποτε, οὐδὲ ποι- P 190 κίλας ἰχθύων καὶ θηρίων ἰδέας ἐκέκτητο· πᾶν γὰρ ὕδωρ ἀπὸ τῆς πυρώδους οὐσίας ἀλλοιωθὲν ἀλλότριόν ἐστι ζωογονίας. διόπερ τῇ παρεισαγομένῃ καθεψήσει τῆς φύσεως τοῦ Νείλου παντάπασιν ἐναντιουμένης, ψευδεῖς τὰς εἰρημένας αἰτίας τῆς πληρώσεως ἡγητέον. Οἰνωπίδης δὲ ταῦτά φησι, κατὰ μὲν τὴν θερινὴν ὥραν τὰ ὕδατα τὰ κατὰ τὴν γῆν εἶναι ψυχρά, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐναντίως θερμά. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς τῶν βαθέων φρεάτων κατανοήσεως· κατὰ γὰρ τὴν τοῦ χειμῶνος ἀκμὴν θερμὰ τὰ ἐν τοῖς βαθυτάτοις φρέασιν εὑρίσκεται ὕδατα, θέρους δὲ ὑπόντος τοὐναντίον. διὸ καὶ τὸν Νεῖλον εὐλόγως κατὰ μὲν τὸν χειμῶνα μι-

2. καὶ] κατὰ IP.

dam ambulet. hoc ipsum testari mirificam illius aquae dulcedinem: cum enim per loca solibus usta labatur, vehementer ipsum decoqui, et hac de causa omnium fluviorum esse dulcissimum, quandoquidem natura ignea totam vim humoris dulcem reddat. sed nos hanc quoque sententiam confutabimus. statuimus enim nequaquam posse flumen aliquod ab Antipodibus in nostrum hunc orbem ascendere ac sursum ferri, praecipue si quis ponat terram globosam esse. cedo, quo pacto Nilus tantummodo ex illo orbe in nostras hasce regiones profluit? est enim verisimile et alia ibidem, sicut apud nos, extare flumina. iam vero causa quoque dulcedinis huius fluvii omnimodis ratione caret, nec aliqua probatione firmari potest. si namque ardoribus illis decoctus dulcesceret, nunquam adeo fecundus esset, neque varia piscium et belluarum genera haberet. omnis enim aqua per naturam igneam immutata animantibus producendis inepta est. quocirca cum natura Nili introductae decoctioni penitus adversetur, assertas incrementi causas a vero abhorrere putandum est. Oenopides ait aestate aquas terrae frigidas, hieme tepidas esse, id quod ex profundis puteis animadvertitur: nam hieme summa ex puteis altissimis tepidae, aestate gelidae hauriuntur. hinc et Nilum merito per hie-

χρὸν εἶναι καὶ συστέλλεσθαι διὰ τὸ τὴν μὲν κατὰ γῆν θερμασίαν B
τὸ πολὺ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἀναλίσκειν, ὄμβρους δὲ κατὰ τὴν Αἴ-
γυπτον μὴ γίνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ θέρος μηκέτι τῆς κατὰ τὴν γῆν
ἀπαναλώσεως γινομένης ἐν τοῖς κατὰ βάθος τόποις πληροῦσθαι
τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῦ ῥύμην ἀνεμποδίστως. ἀλλὰ καὶ πρὸς
τοῦτο ῥητέον. πολλοὶ ποταμοὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ὁμοίως
ἐγκείμενοι τοῖς στόμασι, παραπλησίως δὲ τὰς ῥύσεις ποιούμενοι,
οὐκ ἔχουσι τὴν ἀνάβασιν τῷ Νείλῳ ἀνάλογον· τοὐναντίον γὰρ ἐν
μὲν τῷ χειμῶνι πληρούμενοι, ἐν δὲ τῷ θέρει λήγοντες ἐλέγχουσι
τοῦ Οἰνωπίδου τὸ ψεῦδος. Ἀγαθαρχίδης δὲ ὁ Γνίδιος μόνος τοῦ
κρασπέδου τῆς ἀληθείας κεκράτηκεν. ἔφησε γὰρ ἀν' ἔτος ἕκα-
στον ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν μεγάλους καὶ συνεχεῖς γίνεσθαι C
ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς ἰσημερίας τῆς ἐν μετο- V 270
πώρῳ γινομένης καθ' ἕκαστα. εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν
τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι κατὰ φύσιν, ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων
τῶν πηγῶν τῶν ἑαυτοῦ, κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς ἐκχεομένους
ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. μαρτύριον δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ
λεγομένοις καὶ τὸ γινόμενον περί τινας τόπους τῆς Ἀσίας προφέ-
ρεται. πρὸς μὲν γὰρ τοῖς τόποις τοῖς Σκυθίας τῆς πρὸς τὸν
Καύκασον παρακεχωρηκότος χρόνον καθ' ἕκαστον ἔτος γίνεσθαι
νιφετοὺς ἐξαισίους, καὶ τοῦτο συνεχῶς ἐπὶ πλείστας ἡμέρας· ἐν
δὲ τοῖς πρὸς βορρᾶν ἀπεστραμμένοις μέρεσι τῆς Ἰνδικῆς ὡρισμέ- D
νοις καιροῖς καὶ χάλαζαν καταφέρεσθαι τῷ μεγέθει καὶ τῷ πλήθει
μεγάλην. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ποταμῶν τῶν ὑδάτων ἀρχομένου

7. ἐγκείμενοι] nonne μὲν κείμενοι? 10. Ἀναρχίδης IP.

mem decrescere et contrahi, quod calor terrae humoris copiam absumat; imbribus autem Aegyptum non irrigari: aestate cum ista absumptio in terrae visceribus nulla sit, ab imis locis naturalem eius fluxum crescentibus undis nullo impedimento augeri. nec istuc non refellendum est. complura Libyae flumina similiter currentia et undas suas per ostia in mare aeque evomentia non habent incrementa huiusmodi: quinimo cum hieme plenissimis sint alveis, aestate plurimum subsidant, Oenopiden mentiri demonstrant. Agatharchides Gnidius prae omnibus veritatis quasi laciniam apprehendit. docet enim in annos singulos continuos imbres a solstitio aestivo usque ad aequinoctium autumnale in Aethiopia coelo copiose demitti. non sine ratione igitur Nilum per hiemem natura contractius et a fontibus suis duntaxat, per aestatem vero propter praecipitatos in ipsum imbres abundantius fluere. eius dictis fidem astruit, quod in Asiae locis quibusdam accidere fertur. nam alicubi in Scythia ad Caucasum quotannis, cum id tempus postulat, densissime, idque diebus plurimis ningere; et in regionibus Indiae ad Aquilonem certis temporibus grandinem magnitudine et copia ingentem ruere. sed et quod ad fluviorum incrementa attinet, ineunte aestate continenter pluere (in

θέρους ὄμβρους γίνεσθαι συνεχεῖς (κατὰ δὲ τὴν Αἰθιοπίαν μεθ' ἡμέρας τινὰς τοῦτο συμβαίνει) καὶ ταύτην τὴν ὑπόστασιν κυκλουμένην ἀεὶ τοὺς συνεχεῖς τόπους χειμάζειν. οὐδὲν οὖν εἶναι παράδοξον καὶ κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν τὴν οἰκουμένην ὑπὲρ Αἰγύπτου συνεχεῖς ἐν τοῖς ὄρεσι καταρράττοντας ὄμβρους ἐν τῷ θέρει πληροῦν τὸν ποταμόν, ἄλλως τε καὶ τῆς ἐναργείας αὐτῆς μαρτυρούσης ὑπὸ τῶν περὶ τοὺς τόπους οἰκούντων βαρβάρων. εἰ δὲ τοῖς παρ' ἡμῖν γινομένοις ἐναντίαν ἔχει τὰ λεγόμενα φύσιν, οὐ διὰ τοῦτο ἀπιστητέον· καὶ γὰρ τὸν νότον παρ' ἡμῖν μὲν εἶναι χειμέριον, περὶ δὲ τὴν Αἰθιοπίαν αἴθριον ὑπάρχειν, καὶ τὰς
P 191 βορείους πνοὰς περὶ μὲν τὴν Εὐρώπην εὐτόνους εἶναι, κατ' ἐκείνην δὲ τὴν χώραν βληχρὰς καὶ ἀτόνους καὶ παντελῶς ἀσθενεῖς, καὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν βόρειον ἀποκλίνοντος πόλον συμβαίνει τοὺς ὄμβρους τῷ παρ' ἡμῖν θέρει τῇ Αἰθιοπίᾳ προσγίνεσθαι, καὶ ἐντεῦθεν λαμβάνειν τὸν Νεῖλον τὴν αὔξησιν, καὶ ἔμπαλιν πρὸς τὸν νότιον ἀναζεύξαντος πόλον πρὸς συστολὴν τὸν Νεῖλον ὁρᾶν.

B Περὶ μὲν οὖν τῆς πληρώσεως τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τοσοῦτον, ἵνα μὴ τὸν σκοπὸν τῆς ἱστορίας νοθεύσωμεν· ἤδη δὲ ὑπενέγκαι ἀκόλουθα τῶν ἀφηγημάτων νύττειν τὸν λόγον. ἐπαναζεύξας τοίνυν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁ Μηνᾶς ἔγραψε Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι ὅπως ἡ ἐπιφάνεια τῶν ἀνθρωπομόρφων καὶ Νειλῴων ἐγένετο. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τούτων ἀκηκοὼς λίαν τὴν ψυχὴν κατεπέπληκτο.

6. ἐνεργείας IP.

Aethiopia autem intervallo dierum id contingit), et hanc humidam tempestatem semper in orbem actam cohaerentia loca hieme infestare. non itaque novum quiddam et inopinatum esse, etiam in Aethiopia supra Aegyptum assiduo praecipitantes aestivo tempore imbres fluvium Nilum complere, praesertim cum et barbari circum loca illa habitantes id evidenter experiantur testenturque. quodsi apud nos aliter eveniat, non idcirco dictis detrahendam fidem: nam Austrum apud nos esse hibernum, apud Aethiopas serenum; et spiramina borealia in Europa esse valida ac robusta, in illa regione debilia et imbecilla et languida penitus; et sole ad polum borealem recedente, contingit imbres nostra aestate in Aethiopia cadere, indeque Nilum excrescere, rursus eodem ad austrinum remeante eundem decrescere.

De incremento igitur fluvii huius hactenus, ne a proposito historiae scopo nimium deflectamus. nunc ad eorum quae sequuntur narrationem incitanda est oratio. reversus igitur Alexandriam Menas de monstris humana figura a se in Nilo visis ad Mauricium imperatorem scripsit, quibus ille auditis maiorem in modum obstupuit.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Η'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER VIII.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) Saraceni Romanorum socii Persidem incursantes Babyloniorum fines depraedantur: ob id Chosroes de foedere solvendo cogitat. Mauricii ad eum legatus inhumaniter habetur adituque regis diu excluditur. admissus tandem Chosroen ad pacem reducit, eumque de praeteritis docet. eiusdem legati impudens ambitio imperatorem graviter offendit. Comentiolus proditionis postulatus, et incisa accusatione dux denuo constitutus, ad Istrum abit, seque cum Prisco apud Singidonem consociat. (2) pax inter Romanos et Abares imperatoris iussu imminuitur. Comentiolus Viminacii aegrotat. Chaganus fines Romanorum vastat; quo mandante, Istri transitus a quatuor eius filiis custoditur. in ripa certamine edito barbari vincuntur. Comentioli absentia excusatur. barbari vallum Romanorum oppugnant. nuntius ad duces de periculo. adest Priscus. Viminacium reducuntur rates. confligitur, occisisque Romanorum trecentis oppetunt barbarorum quatuor millia. (3) alterum praelium cum Abaris. prudentia Prisci delentur novem millia. tertio praelio de superiore loco pugnantes Romani adversarios in lacum seu stagnum compellunt, ubi cum Chagani filiis plerique summerguntur. periere ad quindecim millia. quarto praelio ad Tissum seu Tyrsum flumen iterum non pauci occumbunt. fluvio traiecto Romani exploratores quater mille occidunt, Gepidarum triginta millia; et cum captivis ad Priscum redeunt. quinto praelio complures barbari aquis praefocantur, multa millia capiuntur. (4) captivi Chagano petenti imperatoris auctoritate restituuntur. Comentiolus e morbo recreatur. Byzantium ad hiberna profecturus ducem viae Traiani apud Nobenses quaerit. quibus dare abnuentibus irascitur, duosque capite multat. monetur

de sene quodam huius viae gnaro, quicum verba commutat et litigat. magnitudine frigorum Romani multi et iumenta eo itinere pereunt. Philippopoli hiemat. Petrus iterum dux declaratur. Theodosius Mauricii filius Germani filiam ducit. tumultus in imperatorem ob caritatem rei frumentariae. maledicta in eundem, et lapidatio. clavis audaces deterrentur. Theodosium generum Germanus chlamyde sua tegit. (5) *de templo Virginis Mariae in Blachernis. auctores seditionis exilio damnati altero die revocantur. Petrus ad Istrum ducens Plastoli aestatem habet; deinde in angulum Dardaniae secedit. cum Apsycho hypostratego barbarorum colloquitur. utraeque copiae recedunt. Chagani astus. imperator Petro trans Istrum profectionem mandat. Petrus a Bonoso illustri satellite imperatoris naviculas flumini traiiciendo petit, et Gundoim militibus praeficit. is multos hostium perimit, Romanosque in provinciam redire non patitur. Artos Romanorum socios Chaganus delere cogitat.* (6) *a Chagano quidam deficiunt, ad quos reducendos varios ille modos investigat. quare Romani ultra Istrum hibernare noluerint. seditio. fluvium transmeant, et irascuntur gravissime. irascitur vicissim Petrus. eidem per quietem oblata epistola. castra movent Romani. tumultus militaris. legati militum ad Petrum de reditu; cui molestus est imperator.* (7) *Petrus Gundoi de mandati severitate ex avaritia profecta flens conqueritur. duces convocat, litteras exhibet. miles transire Istrum abnuit. furor militum, fuga ducum. Phocas imperator renunciatur. Petrus fugit: Mauricio rem significat. Mauricius nuntium examinat: quid agat nescit; dolore dissimulato ludos equestres celebrare pergit. populum bonum habere animum iubet. Venetorum acclamationes. tribuni numerum utriusque factionis profitentur. earum factionum vituperatio.* (8) *legatio Mauricii ad Phocam irrita. moenibus Theodosianis custodes apponit. exercitus ad Theodosium Mauricii filium legatio, aut ipsum aut eo cedente Germanum imperatorem postulantis. Comentiolo urbis defensio creditur. Germanus imperatori invadendae tyrannidis suspectus frustra se tuetur: in aedem deiparae pro asylo confugit. eius conditor Cyrus qualis fuerit. Stephanus paedagogus filiorum imperatoris ad eum evocandum mittitur. in Sophiae templum transit. Theodosius, ut ob secretum patefactum, fustibus pulsatur.* (9) *Germanus denuo ad exeundum sollicitatus Andreae pii viri hortatu eodem recurrit. maledicentia populi in imperatorem muris desertis custodes se ad tumultuantem populum applicant. cuiusdam Constantini, viri clarissimi, domus incenditur. Mauricius cum coniuge et liberis in fugam se tradit. populi in eum et patriarcham convicia. locus communis de levitate et stultitia populari. podagra conflictatur. filium ad Chosroen pro ope imploranda mittit. Germanus imperium ambit. Prasinis sibi adversantibus Phocam sequitur.* (10) *Phocae linguis animisque favetur. populum cum patriarcha et senatu accersit. detestatio illius ut hominis improbissimi. eius simulatio in Germanum. proclamatus imperator coronatur. in urbem magnifice invehitur. spargit aurum. ludi fiunt equestres. uxori Leontiae corona imponitur. de loco stationis inter factiones contenditur. Alexander, homo nefarius, ad litem componendam mittitur. in Cosmam tribunum est contumeliosus ac violentus. eum Veneti ulciscuntur; quorum vox male evenit.* (11) *Mauricii necem parturit Phocas. revocatur ex itinere a patre Theodosius. Mauricii filiorumque in portu Eutropii ad Chalcedonem interfectio. eius ante mortem praeclarissima vox et Christiano dignissima. nutricem ipsius infantem pro suo ad caedem supponere non fert. eius pro poena peccatis suis in hac vita irroganda cura anxia. testamentum, quo imperium inter filios partitur. Domitianus Melitenensis episcopus, eorundem tutor, ab historico commendatur.* (12) *imperatorum corpora in mare abiiciuntur. quas complorationes eorum mors publice recitata effecerit. in eosdem monodia historici. capita*

ad Phocam perferuntur et in campo militibus spectanda proponuntur. quibus suppliciis interfectores et exercitus rebellis caediumque suffragator divinitus interierint. sub Heraclio duo tantum reliqui. imperium Romanum in diuturnis post necem Mauricii aerumnis volutatum. (13) *Phocas Petrum Mauricii fratrem, Comentiolum et alios interimit. Theodosius et Lardys ab Alexandro tyranni iussu trucidantur. narratio falsa de Theodosio, quo pacto creditus sit necem effugisse et diversa loca peragrasse. statuae Alexandriae Mauricii caedem nuntiarunt. die nono super eadem nuntius in urbem allatus. egregia quaedam Mauricii praeconia.* (14) *de corpore S. Euphemiae martyris Chalcedone miraculum, sudor videlicet sanguineus in die anniversario eius martyrii, qui spongiis collectus in vasculis populo dispertitur. quo pacto Mauricius incredulus fidem cum multis lacrimis habuerit, et summa in posterum veneratione martyrem prosecutus sit.* (15) *Constantinam imperatricem cum tribus filiabus in privatas aedes contrudit Phocas; Chosroen de sua creatione, additis muneribus certiorem facit. apud Daram legatus Lilius a Germano praesidii praefecto splendide excipitur, et quid ibi contigerit. Chosroes Mauricii ulciscendi bellum Romanis infert. Lilius in Perside retentus parum benevole tractatur. rumor de Theodosio adhuc vivo tyrannum terret; unde Alexandrum, ut imperata non exsecutum, sua manu obtruncat.*

---

1. Κατὰ τούτους δῆτα τοὺς χρόνους Χοσρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς (P 197 V 274) ἐνεχείρει τὴν εἰρήνην λυμήνασθαι. αἰτία δὲ αὕτη πως τῷ βαρβάρῳ οὖσα ἐτύγχανεν. ἔθνη περὶ τὴν Ἀραβίαν πολλά τε καὶ διάφορα πέφυκε· τούτους Σαρακηνοὺς ἔθος τοῖς ὄχλοις ἀποκαλεῖν. ἐκ τούτων δὲ τῶν ἐθνῶν ἔνιά τινα τοῖς Ῥωμαίοις σύμμαχα ἦν, καί τις ἐκ τούτων ἀποδασμὸς εἰς τὴν Περσίδα χωρήσας κατὰ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν τῇ ἐπεκδρομῇ μέρη τινὰ τῆς Βαβυλωνίας προενομεύσατο. ἔνθεν διαπονεῖσθαι ὁ Χοσρόης ἠξίου. διὰ τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος εἰς τὴν Περσίδα ἐξέπεμψε πρέσβυν Γεώργιον, ὃς τῆς τῶν ἑῴων πόλεων φορολογίας τὴν ἐπιστασίαν ἐκέκτητο· τοῦτον πραιτορίον ἔπαρχον ἀποκαλοῦσι (B) Ῥωμαῖοι. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης δεινοπαθῶν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι παρελύπει τὸν πρέσβυν, καὶ πολλὴν τὴν τριβὴν αὐτῷ περὶ τὴν

1. Eodem tempore Chosroes Persarum rex pacem turbare aggressus est ob causam huiuscemodi. in Arabia multae variaeque gentes sunt, vulgo Saraceni appellati. ex his nonnullae societatem cum Romanis pepigerant, quarum pars pace incolumi in Persidem irruens Babyloniorum agros praedabunda pervaserat, et id sibi minime tolerandum Chosroes censuerat. Mauricius idcirco legatum in Persidem mittit, Georgium Orientalium tributorum coactorem, quem Romani praefectum praetorio nominant. Chosroes indigna se passum dictitans, legatum parum amice tractavit, et in regione barbara diu retinuit, nec unquam in conspectum

βάρβαρον χώραν ἐπραγματεύετο. σκληραγωγεῖται οὖν ὁ Γεώρ-
γιος ἡμέρας εἰς τὴν Περσίδα πολλάς, τῆς βασιλικῆς εἰσόδου μη-
δαμῶς τετευχώς. ἔτι τοίνυν τῶν πραγμάτων στασιαζομένων
Χοσρόῃ, εἰκότως τῷ βαρβάρῳ ὑπόνοια γίνεται μὴ ἄρασθαι τέως
πρὸς Ῥωμαίους τὸν πόλεμον. εἰσδέχεται τοίνυν τὸν Γεώργιον
ὁ Βαβυλώνιος βασιλεὺς εἰς τὰ βασίλεια. ὁ μὲν οὖν Γεώργιος
τὴν τοῦ καιροῦ κτησάμενος σύμμαχον, πείθει τὸν βάρβαρον
C τὰς εἰρηναίας μὴ διαλῦσαι σπονδάς. οὕτω μὲν οὖν ἑκὼν ἀέκον-
τί γε θυμῷ, κατὰ τὴν ποίησιν, ὁ Χοσρόης τὴν ἡσυχίαν ἀσπά-
ζεται. ὁ μὲν οὖν πρέσβυς ἅπαντα τὰ συγκυρήσαντα διεξοδικῶς
τῷ βασιλεῖ διηγήσατο. ἀλλ᾽ οὐκ ἐς ἀγαθὸν ἡ τῆς ἐντεύξεως ἔκ-
θεσις ἀπειλήφει τὸ συμπέρασμα. ἔφασαν γὰρ Γεώργιον εἰπεῖν
πρὸς τὸν αὐτοκράτορα "ὁ Περσῶν βασιλεὺς τῶν σατραπῶν εἰς
ὑπήκοον τάδε διείλεκται. διὰ τὴν τοῦ πρέσβεως ἀρετὴν δίδωμι
τῷ πολέμῳ τὴν λύσιν." τούτων ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς χαλεπαίνει
κατὰ τοῦ πρέσβεως, καὶ γίνεται τῷ Γεωργίῳ σφαλερὰ ἡ τῆς
D πρεσβείας ἐπίτευξις· τῷ ὄντι γὰρ οἶδε λόγος μὴ μέτροις οἰκονο-
μούμενος μεγάλας συμφορὰς τοῖς χρησαμένοις παρέχεσθαι.

Ὁπηνίκα δὲ ὁ Χαγᾶνος (ἐπαναδραμώμεθα γὰρ πρὸς τὰ
κατὰ τὴν Εὐρώπην πραχθέντα) διεπεραιώθη τὸν Ἴστρον, οἴκαδε
διὰ τὴν εἰρήνην ἀποφοιτῶν, ἀποστέλλουσι πρέσβεις αἱ περὶ τὴν
Θρᾴκην τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις πρὸς Μαυρίκιον τὸν αὐτοκρά-
τορα, προδοσίαν καταιτιώμεναι Κομεντιόλου τοῦ στρατηγοῦ.
τῆς στάσεως τοίνυν εἰς τὸ βασίλειον ἄστυ ἰσχυρᾶς γεγονυίας, δί-
δωσιν ὁ αὐτοκράτωρ Κομεντιόλῳ καὶ τοῖς πρέσβεσι διαιτητάς.
P 198 καὶ δῆτα γενομένης τῆς συγκροτήσεως τῆς δίκης, καὶ τοῦ βασι-

suum admisit. caeterum in illis rerum fluctibus non esse arma adversus Romanos capienda recte ratiocinans, Georgium in regiam venire sinit, qui oblata opportunitate usus, regi auctor est uti pacem salvam integramque conservet. ita Chosroes animo nolente volente, ut est apud poetam, quietem pacemque complectitur. legatus eum omnia quae contigissent fuse docet. verum illud colloquium haud feliciter evenit. ferunt enim postea Georgium apud imperatorem gloriatum, Persarum regem satrapis suis confessum esse se ob legati virtutem bello supersedere. qua oratione imperator succensuit, magnumque Georgius ex obita legatione periculum adivit. sic enim comparatum est, ut, nisi cum modo et ratione adhibitus sermo, incautis hominibus immodice noceat.

Postquam vero Chaganus (ad res enim Europaeas regrediendum est) pace facta domum abiens Istrum transmisit, Romanus exercitus in Thracia oratores ad Mauricium imperatorem mittit et Comentiolum ducem proditionis accusat. itaque gravi seditione Cpoli concitata, imperator

λέως ἐκλιπαροῦντος τοὺς πρέσβεις, λαμβάνει ἡ κατηγορία τὴν
ἐγκοπήν, καὶ αὖθις ὁ Κομεντίολος γίνεται στρατηγός. θέρους
δὲ ἐπιόντος ἔξω τῆς πόλεως γίνεται, καὶ τῶν Ῥωμαίων περὶ τῆς
λύπης διαλυσαμένων τῷ στρατηγῷ, τὸ ὁπλιτικὸν ὁ Κομεντίολος
ἀθροίζει, καὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον γίνεται ποταμόν, καὶ ἐν τῇ Σιγ-
γιδόνι συνανακοινοῦται τῷ Πρίσκῳ. (2) τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ B V 275
ἐκκλησιάζονται τὰ στρατόπεδα, καὶ δημηγορήσαντος Πρίσκου
περισχίζεται ἡ πρὸς Ἀβάρους καὶ Ῥωμαίους εἰρήνη· ὁ γὰρ αὐτο-
κράτωρ Μαυρίκιος τοῖς στρατηγοῖς παρασπονδῆσαι διὰ βασιλι-
κοῦ προστάγματος ἐγκελεύεται. ἐς τὸ φανερὸν τοίνυν τῆς εἰρή-
νης διαλυθείσης, οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸ Βιμινάκιον γίνονται· αὕτη
δὲ νῆσος καθέστηκε περὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ἴστρου. ἐν ταύτῃ τῇ
νήσῳ ὁ Κομεντίολος ἔδοξε νοσηλεύεσθαι. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἀπὸ
τῆς νήσου διαπεραιουμένων ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ἀκηκόει ὁ Χαγᾶνος
τὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοπέδου κινήματα. ὁ μὲν οὖν βάρβαρος
συναθροίσας δυνάμεις τὴν Ῥωμαίων διατέμνεται γῆν, τοῖς δὲ C
παισὶ τέσσαρσιν ὑποῦσιν αὐτῷ παρεδίδου δυνάμεις, καὶ παρε-
νεγγύα τὰς διαβάσεις τοῦ Ἴστρου περιφρουρεῖν. οἱ μὲν οὖν παῖ-
δες τοῦ βαρβάρου τὰς διαβάσεις τοῦ Ἴστρου περιφρουρεῖν κατὰ
τὸ προσταχθὲν ἐνεχείρουν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὰς λεγομένας σχεδίας
συρράψαντες ὁμοθυμαδὸν τὸν ποταμὸν διενήξαντο. περὶ τὰς
ὄχθας τοίνυν τοῦ ποταμοῦ γεγονυίας τῆς μάχης κρατοῦσι Ῥω-
μαῖοι τῶν ἀντιθέτων δυνάμεων. ὁ δὲ Κομεντίολος ἅμα τῷ
Πρίσκῳ εἰς τὸ Βιμινάκιον τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. ἦν δὲ αὐτῷ D
ἡ ἀναβολὴ τοῦ μὴ ἐθέλειν συμπλέκεσθαι ἀπίθανος οὐδαμῶς· μα-
χαίρᾳ γὰρ ἰατρῶν τὰς ἐπὶ τῆς χειρὸς φλέβας ἀποτμηθείς, ἐπὶ

dat arbitros, constitutoque iudicio legatos impensius orat et exorat. ita accusatio inhibetur, et Comentiolus de integro dux deligitur. ubi aestas affuit, ex urbe discedit, Romanisque secum in gratiam reversis, et delectibus habitis, ad Istrum contendit, ac Singidone cum Prisco se coniungit. (2) quarto die in concionem coacto exercitu, et Prisco verba faciente, pax inter Romanos et Abares dissuitur; quod ut facerent, Mauricius imperiali mandato ducibus praeceperat. manifeste igitur pace irrita Romani Viminacium (insula est in Istro flumine) deferuntur, ubi Comentiolus graviter se habere visus est. inde in continentem traiiciunt. quibus motibus auditis, Chaganus collecto milite satis et arboribus Romanorum exitium infert, et quatuor filiis copias attribuit, quibus transitum Istri custodiant, quod illi ut iussi erant facere instituunt. Romani navibus extemporaneis sive ratibus consensu flumen transeunt, praelioque in ripa conserto superiores abeunt. Comentiolus cum Prisco Viminacii haerebat. nam cui ei e brachio sanguis esset missus, honesto plane timore et probabili de causa a pede cum hostibus conferendo ipse

αἵματος ἐκρυῇ εὐφήμως πως διὰ τὴν δειλίαν ἀπόμαχος ἦν. διαπορθμευθέντων τοίνυν τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἴστρον καὶ συστησαμένων τὸν χάρακα, οὐ κατελίμπανε τὴν νῆσον ὁ Πρίσκος· οὐκ ἔθελε γὰρ τοῦ Κομεντιόλου ἐκτὸς ποιήσασθαι τὴν παράταξιν. οἱ δὲ βάρβαροι ἀστρατήγου τῆς Ῥωμαίων ὑπαρχούσης δυνάμεως πρὸς τὸν χάρακα τούτων ἐκτρέχουσιν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀγγέλους εἰς τὸ Βιμινάκιον τοῖς στρατηγοῖς ἐπιπέμπουσι, τόν τε κίνδυνον παρεδήλουν. δυσανασχετοῦντος δὲ τοῦ Πρίσκου τοῦ Κομεντιόλου ἐκτὸς τοῦ ἔργου ἐφάψασθαι, καὶ τῶν βαρβάρων λίαν ἐγκρατῶς ἐπικειμένων, πείθεται τὸν Κομεντίολον καταλιπεῖν καὶ τὰς
P 199 φροντίδας τῶν κινδύνων αὐτὸς ἀναδέξασθαι. καὶ οὖν καταλιμπάνει τὸ Βιμινάκιον καὶ πρὸς τὸν Ῥωμαϊκὸν γίνεται χάρακα. δευτέρα δὲ ἡμέρα, καὶ προστάττει τὰς ναῦς τοῦ Ἴστρου καταλιπούσας τὰς ὄχθας περὶ τὸ Βιμινάκιον μεθορμίσασθαι· ἐδεδίει γὰρ ὁ Πρίσκος μή πως οἱ Ῥωμαῖοι τῶν ἐπακτρίδων διακειμένων αὐτοῖς περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ συνεχεῖς τὰς μεταβάσεις ἐπὶ τὴν νῆσον ποιοῖεν, κἀντεῦθεν κατακερματιζομένης τῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως ἀσθενεστέραν ἡ τάφρος τὴν φρουρὰν ἀπολάβοι. τοίνυν τῶν βαρβάρων κατεπειγομένων πρὸς πόλεμον, τετάρτη ἡμέρα καὶ ὁ Πρίσκος ἐξ ἑωθινοῦ σιδηροφορεῖν τοῖς Ῥωμαίοις
B προσέταξε. καὶ ὡς ἐνῆν, τὰς ἐκτάξεις τρισὶ συστησάμενος φάλαγξι τῶν πολεμικῶν ἐγχειρημάτων ἀπήρχετο. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἀποσχόμενοι τῶν τόξων ἀγχιμάχως τοῖς δόρασι κατεπολέμουν τὸ βάρβαρον. τῶν δὲ Ἀβάρων δέκα καὶ πέντε συστήμασιν ἐξοπλισάντων τὴν ἔκταξιν, καὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς μίαν σύννευσιν καὶ φόβῳ τοῦ χάρακος καὶ τετραπλεύρῳ μάχῃ διακεκοσμηκότων

abstinebat. fluvio superato valloque a Romanis excitato, Priscus, qui sine Comentiolo pugna experiundum non putabat, in insula manebat. barbari Romanis duce destitutis vallum incursant. illi nuntios de periculo suo Viminacium mittunt. Priscus absque Comentiolo aegre se movet: sed barbaris impotenter incumbentibus tandem dat manus, et eo relicto depellendi discriminis curam laboremque capessit, ac vallo succedit. postridie navigia Viminacium reduci imperat, quod metueret ne illis ad ripam dispositis milites crebro ad insulam transmearent, et idcirco imminuto copiarum numero ad vallum tuendum infirmiores redderentur, barbaris autem pugnam urgentibus, Priscus suis edicit ut mane in armis sint, acieque, ut potuit, in tres phalanges distributa, praelium orditur. Romani arcubus carentes cominus hastis rem gerunt, digestisque barbaris per ordines quindecim, ipsis autem timore valli amittendi in unum et eodem versus quadrilatera figura dispositis, atque ita vallum tutum praestantibus, in multas horas concursum; nec ante solis oc-

τὴν ἔκταξιν, ἀσυλίαν ἐντεῦθεν παρεχομένων τῷ χάρακι, ἐπὶ ὥρας πολλὰς ὁ πόλεμος εἶχε τὴν πρόοδον. ἡλίου δὲ κλίναντος συναπέκλινε καὶ ὁ πόλεμος, καὶ ἦν ἐπιδέξιος αὕτη ἡ τοῦ πολέμου τοῖς Ῥωμαίοις ῥοπή, τριακοσίων τε ἀναιρεθέντων Ῥωμαίων χιλιάδες τέτταρες ἐκ τῶν Ἀβάρων διώλοντο. ἐπιγενομένης οὖν νυκτὸς εἰς τὸν χάρακα οἱ Ῥωμαῖοι ἀνέζευξαν. C

3. Τρίτη δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ βάρβαρος ἕτερον συνεστήσατο V 276
πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος ὡς οἷόν τε ἦν συντάξας τὸ στράτευμα ἑωθινὸς ἐχώρει πρὸς τὴν παράταξιν. τρεῖς τοίνυν συντάξας δυνάμεις ἐς τὰ μάλιστα τοῖς Ῥωμαίοις εἶτα ἐνεγγύησεν ἐς τὸ καρτερόν, τά τε κέρατα περισχίσαι αὐτίκα, οὕτω τε τοὺς Ἀβάρους εἰσδέξασθαι, ὅπως οἱ βάρβαροι περὶ τὰ κοιλότερα γινομένης τῆς δυνάμεως, καὶ κατειλημμένοι ἐν μέσῳ, περιπέσωσι συμφοραῖς ἀδοκήτοις. τῷ τοιούτῳ τοίνυν τρόπῳ καταστρατη- D
γοῦνται οἱ βάρβαροι καὶ ἀναιροῦνται ἐκ τῆς πολεμίας καὶ ἀντιθέτου δυνάμεως χιλιάδες ἐννέα. ἡλίου δὲ δύοντος ἐπὶ τὴν τάφρον τὸ νενικηκὸς ἐπανῆκε. δεκάτη δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ στρατηγὸς ἠκηκόει ἥκειν αὖθις τὸν βάρβαρον πρὸς παράταξιν. ἡμέρας δὲ λαμπούσης τὸ Ῥωμαϊκὸν καθοπλίσας κοσμίως τε συμφραξάμενος ἐχώρει πρὸς πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τρισσαῖς αὖθις φάλαγξι τὰς δυνάμεις κατεστρατεύσατο, ὁ δὲ βάρβαρος μίαν συ- P 200
στησάμενος φάλαγγα κατὰ τοῦ Πρίσκου ἐχώρησεν. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τὴν εὔθετον τῶν τόπων χώραν καταλαβών, τήν τε ῥύμην τοῦ πνεύματος ἔχων συνέριθον, ἀφ᾽ ὕψους τοῖς βαρβάροις

3. συναναπέκλινε IP.

cubitum finis certamini est impositus. pugnatum a Romanis Marte secundissimo: nam ex ipsis trecenti tantum, ex Abaris quatuor millia desiderata sunt. nocte interveniente victores se in castra recipiunt.

3. Die tertio barbarus de integro certamen molitur. Priscus, ut potuit, agmine disposito et instructo surgente iam die ad pugnam procedit. copiis quam potuit bene dispositis ac tripartito divisis, ad fortiter dimicandum omnes impensissime cohortatur, atque ut cornibus diductis Abaros in medium recipiant; ut sic intercepti conclusique cladem improvisam accipiant. hoc igitur modo ab hostibus circumventi perimuntur ad novem millia. exacto die victores intra vallum revertuntur. luce decima nuntiatur duci barbarum velle praelium iterare. itaque postridie ubi diluxit, Priscus Romanis instructis et decenter communitis ad tentandum conflictum progreditur, ac suos iterum in tres phalangas dispertit. barbarus in unum conflatis omnibus in Priscum vadit; qui occupato loco regionis idoneo, magno bellici spiritus impetu e superioribus in barbaros ferebatur, et duobus cornibus, seu a dextris et a si-

ἐνήραξεν, τοῖς δὲ δύο κέρασι κατεπολέμησε τὸ πολέμιον. ἐπεὶ δὲ λίμνη ὑπέστρωτο τοῖς τόποις ἐκείνοις, ἐπὶ τὰ ὕδατα ἐξωθεῖ τὸν βάρβαρον. διὰ τοῦτο περὶ τὸ ῥόθιον ἀποκρουσθέντες οἱ βάρβαροι, καὶ τὴν λίμνην ἀντιμέτωπον δυστυχήσαντες, λίαν σφοδρῶς ἀπεπνίγοντο. πλήθους τοίνυν πολλοῦ κατὰ ταύτην τὴν λίμνην ἀνῃρημένου, τῶν τε παίδων τοῦ Χαγάνου ἀποπνι- B γέντων αὐτόθι, περιφανεστάτην ὁ Πρίσκος τὴν νίκην ἐνεπορεύσατο. καταφθείρονται τοίνυν περὶ τοῦτον τὸν πόλεμον πεντεκαίδεκα χιλιάδες βαρβάρων. ὁ μὲν οὖν Χαγᾶνος ἐπικινδύνως διασωθεὶς κατὰ τὸν Τισσὸν γίνεται ποταμόν. τριακοστῇ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὁ βάρβαρος συνέλεξε δύναμιν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τέταρτον πόλεμον τὴν ἐπιβολὴν ἐποιεῖτο καὶ τούτων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἠκηκόει, στρατοπεδεύει ὁ Πρίσκος ἐπὶ τὸν Τισσὸν ποταμόν. ὁρίζεται τοιγαροῦν ἑκατέρᾳ δυνάμει ἡμέρα πρὸς πόλεμον. ἐπεὶ δὲ τὸ διωρισμένον πέρας ἐλάμβανεν, ὑπὸ C πρώτην ἕω ὁ Πρίσκος ἐναλλὰξ τὰς δυνάμεις συνέταξε, καὶ τὴν μὲν εὐώνυμον φάλαγγα δεξιὰν ἐποιήσατο, τὴν δὲ μέσην εὐώνυμον. ὁ δὲ βάρβαρος δυοκαίδεκα συστήμασιν ἐξοπλίζει τὸν πόλεμον. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἡρωϊκώτερον τῆς μάχης ἀντείχοντο, τῇ τοίνυν ἐνστάσει τοὺς βαρβάρους κατεπολέμησαν. καὶ διόλλυται καὶ κατὰ ταύτην τὴν μάχην πλῆθος πολεμίων πολύ. ταύτην τοίνυν τὴν νίκην εὐδοξοτέραν τὸ τῶν Ῥωμαίων ὁπλιτικὸν ἀνεδέξατο. ὁ δὲ Πρίσκος τέσσαρας χιλιάδας συντάξας, τὸν Τισσὸν διανήξασθαι ἐκέλευε καὶ ἀνερευνᾶσθαι τὰ τῶν πολεμίων D κινήματα. οἱ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἐκπεμφθέντες τὸν γείτονα ποταμὸν διαπεραιοῦνται. περιτυγχάνουσι τοιγαροῦν

nistris, eos impellebat. et quoniam stagnum locis illis suberat, in undas eos adigebat. quas cum oculis prospicerent et circum eas misere agitarentur, dira in ipsis morte suffocabantur. plurimis igitur, et simul Chagani filiis tali modo summersis, illustrissimam victoriam Priscus retulit: eo enim congressu barbarorum quindecim millia vitam amisere. Chaganus non sine periculo salvus ad Tissum fluvium evasit. die tricesimo barbarus exercitum ad quartum praelium instauravit. quod simulac dux Romanus comperit, et ipse ad Tissum amnem armatus prodiit. ab utrisque communiter dies ad conflictum praestituitur. is postquam illuxit, sub auroram Priscus ordinibus permutatis suos disponit, et sinistram aciem facit dextram, mediam autem sinistram. barbarus suos in duodecim ordines digerit. Romani viriliter et animose certamini insistentes barbaros debellant, magnamque etiam tum multitudinem conficiunt gloriosamque victoriam consequuntur. Priscus quatuor millia ad Tissum vicinum flumen transeundum hostiumque motus et inclinationes exploran-

χωρίοις Γηπαίδων τρισίν. οἱ δὲ βάρβαροι μηδὲν τῶν ἐν τῇ
προτεραίᾳ διεγνωκότες συμπόσιόν τε καθίσαντες πανήγυριν ἑώρ-
ταζον ἐπιχώριον. τὰς τοίνυν φροντίδας ἀναθέντες τῇ μέθῃ κα-
τεπαννυχίζοντο εὐωχούμενοι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὸ λεγόμενον
λυκόφως, ἔτι λειψάνων ὑπούσης νυκτός, κραιπαλῶσι τοῖς βαρ-
βάροις ἐπίκεινται καὶ μέγιστον ἀπεργάζονται φόνον· ἀναιροῦνται
γὰρ βαρβάρων χιλιάδες τριάκοντα. πλείστης τε αἰχμαλωσίας
κρατήσαντες τὸν ποταμὸν ἀντενήξαντο, πρός τε τὸν Πρίσκον τὴν
προνομὴν διεσώσαντο. ἡμέρα δὲ εἰκοστή, καὶ πάλιν ὁ βάρβα- V 277
ρος περὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν συναγείρει δυνάμεις. διὰ τοῦτο
ὁ Πρίσκος παλινοστεῖ περὶ τὸν Τισσὸν τὸν ποταμόν. γίνεται
τοιγαροῦν κατὰ τοῦτον τὸν χῶρον μεγίστη καὶ ἀξιολογωτάτη
παράταξις. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι καταπολεμηθέντες ὡς ἔπος
εἰπεῖν ἐγκρατῶς κατὰ ταύτην δὴ τὴν ἡμέραν ἐπὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ
ποταμοῦ ἀποπνίγονται, συναπόλλυνται δὲ τούτοις καὶ Σκλαβη-
νῶν πλείστη ἀπόμοιρα. ἐζωγρεῖτο δὲ μετὰ τὴν ἧτταν τὸ βάρ-
βαρον, καὶ ἥλωσαν Ἄβαροι μὲν τρισχίλιοι, ἄλλοι δὲ βάρβαροι
πρὸς ταῖς τέτρασι χιλιάσι δισχίλιοί τε καὶ διακόσιοι, καὶ Σκλα- P 201
βηνῶν χιλιάδες ὀκτώ. οὕτω μὲν οὖν ζωγρηθέντες δεσμοῖς παρε-
δίδοντο, ὁ δὲ στρατηγὸς ἐν Τομεῖ τῇ πόλει τοὺς λαφυραγωγη-
θέντας βαρβάρους ἐξέπεμπε. (4) ὁ δὲ Χαγᾶνος, πρίν τι τὸν B
αὐτοκράτορα τῶν γεγενημένων ἐν εἰδήσει γενέσθαι, πρέσβεις ἐς
Μαυρίκιον ἔπεμψεν, ἀναλαβεῖν τοὺς ζωγρηθέντας πειρώμενος.
ὁ δὲ Μαυρίκιος ταῖς ἀπειλαῖς τοῦ βαρβάρου καταπλαγεὶς καὶ
τοῖς λόγοις ἀποβουκολούμενος δι' ἐπιστολέως τῷ Πρίσκῳ προσέ-
ταξεν ἀποδοῦναι τοὺς ζωγρηθέντας τῷ Χαγάνῳ Ἀβάρους.

das segregat. transeunt, et offendunt Gepidarum villas tres, qui rerum pridie gestarum ignari considentes et compotantes festum patrium magna frequentia celebrabant, omnibusque curis ebrietati dicatis noctem totam in conviviis exigebant. Romani crepusculo noctis, ante exortum solis, barbaros adhuc crapulantes opprimunt, et stragem edunt maximam, tricenorum millium; et cum ingenti praeda repetito fluvio, Prisco eam offerunt. vicesima luce denuo barbarus ad huncce fluvium copias congregat: ibi atrocissimo et in primis memorabili praelio decertatur, in quo barbari, ut paucis dicam, magna virtute victi et aquis summersi sunt; quibuscum etiam Sclavorum pars maxima interiit. servati et capti obtenta victoria Abarum tria millia, aliorum barbarorum sex millia duceni, Sclavorum octo millia. omnibus iniecta vincula, et in urbem Tomeum a duce missi. (4) Chaganus, priusquam imperator quippiam actorum resciscret, per legatos recuperare captivos studet. Mauricius barbari minis territus et verbis in fraudem inductus, Prisco mandat ut

οὕτω μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Τόμεος ἀπεδίδοντο τῷ Χαγάνῳ οἱ βάρβαροι.

Ὁ δὲ Κομεντίολος ὥσπερ ἀπό τινων ἐνυπνίων μακρῶν μόλις διανήψας ἔδοξεν ἀπηλλάχθαι τῆς νόσου. παραγίνεται τοιγαροῦν εἰς τὰς Νόβας, καὶ συγκαλεσάμενος τῶν ἐγχωρίων τινὰς τὸν ποδηγοῦντα παρ' αὐτῶν ἠξίου ἀναλαβεῖν, ὅπως τὴν λεγομένην C Τραϊανοῦ παροδεύσηται τρίβον· ἠπείγετο γὰρ ἐς Βυζάντιον τὴν χειμέριον ὥραν ποιήσασθαι. οἱ μὲν οὖν ἐγχώριοι ἀπηγόρευον τῷ Κομεντιόλῳ ταύτην δὴ τὴν ἀτραπόν. ἐπὶ τούτῳ μανεὶς δύο τῶν ἀπαγορευόντων ἀπέτεμεν. οἱ μὲν οὖν περὶ τὰς Νόβας ἔφασκον τῷ Κομεντιόλῳ μὴ ἔχειν τὸν ὑποδείξοντα, ὑπεῖναι δὲ ἀπὸ σημείων δέκα καὶ δύο παλαίτατον λίαν γερόντιον, χρόνων πεφυκὸς ἑκατὸν πρὸς τοῖς δεκαδύο· τοῦτον ἐπίστασθαι Τραϊανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν λεγομένην τρίβον κατισχυρίζοντο. γενόμενος τοίνυν κατὰ τὸν χῶρον ἐκεῖνον Κομεντίολος ὁ στρατηγὸς τὸν D πρεσβύτην ἠξίου τῆς ὁδοιπορίας προηγήσασθαι. ὁ δὲ γέρων διηπορεῖτο καὶ ἤσχαλλε, καὶ λίαν χαλεπὸν τὸ ἐγχείρημα τῷ στρατηγῷ προηγόρευε, τήν τε δυσχωρίαν τόν τε χειμῶνα καὶ τὸ τῆς τρίβου ἀνήμερον διεξήρχετο· ὑπεῖναι γὰρ τὴν τρίβον ταύτην ἀδιεξόδευτον ἀπὸ ἐτῶν ἐννενήκοντα. ἀντιτείνει τοίνυν ὁ στρατηγὸς τοῖς τοῦ γέροντος λόγοις. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς χείρονος ἐπιβολῆς ἐπροτέρησεν, ἀπάρχονται τῆς ὁδοιπορίας αἱ τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις. κατὰ ταύτας δὴ τὰς ἡμέρας ἐπεδήμησε μέγα καὶ ἐξαίσιον ψῦχος, καὶ μεγάλου γεγονότος τοῦ κρύους καὶ τῆς τῶν πνευμάτων πικρότητος ἐγκρατῶς ἐγκειμένης ὄλλυνται πολλοὶ τῆς δυ-

captivos Abares reddat. sic barbari Tomeo educti Chagano vivi restituuntur.

Comentiolus quasi diuturno somno vix tandem aliquando experrectus morbum depulisse visus est. Nobas init, convocatisque quibusdam indigenis ducem viae Traiani, quae dicitur, quaerit. festinabat enim Byzantium, ut ibidem hiberna ageret. indigenae hanc ei viam monstrare detrectant. tum ille ira furens duos ex iis obtruncat. hic Nobenses non habere se qui eam viam monstrare possit. abesse autem millibus passuum duodecim silicernium quoddam, natum annos duodecim supra centum: ei notam esse quae Traiani imperatoris via nominetur. eum locum ut attigit Comentiolus, senem orat uti viam ipsis praeeat. senex tergiversari et indignari, et quam operosum negotium tentet, difficultate locorum, asperitate hiemis et incommoditate viae commemorata ostendere. abhinc enim nonaginta annis non esse tritam. dux contradicit. et quia consilium peius vincebat, via illa Romani gradiuntur. per eos dies immane et intolerandum frigus incidit, spiraruntque validissime venti, ita ut multi de exercitu et iumentorum dossuariorum pars bene

νάμεως, τῶν τε νωτοφόρων ζώων ἡ πλείστη ἀπόμοιρα. λίαν γοῦν καὶ ἀπευκτῶς ὁ Κομεντίολος ἐπὶ τὴν Φιλίππου ἀφίκετο. τοίνυν ἐκεῖσε τὴν ἅπασαν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐνδιατρίψας ἔαρος P 202
ἀρχομένου ἐς Βυζάντιον παραγίνεται. τῷ δὲ ἐπιόντι θέρει πάλιν στρατηγὸς ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἀναδείκνυται.

Ἐννεακαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, οὐδὲν Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις ἐπράχθη. ἔτει δὲ εἰκοστῷ τὸν αὐτάδελφον ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος Πέτρον στρατηγὸν προεστήσατο τῆς Εὐρώπης. πρὸ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ Θεοδόσιος ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς νυμφίος πομπεύεται, καὶ πρὸς ἔννομον γάμον δίδωσιν αὐτῷ πατὴρ Γερμανοῦ τὸ θυγάτριον, ἀνδρὸς λίαν ἐνδόξου καὶ τῶν ἐς συγκλήτου βουλὴν ἄγαν ἐπιφα- B
νοῦς. μετ' ὀλίγας τοίνυν ἡμέρας τοῦ γάμου, ὥρᾳ χειμῶνος, V 278
σιτοδεία τις τοῖς Βυζαντίοις ἐνέσκηψε. τούτου δῆτα τοῦ λιμοῦ γεγονότος, καὶ τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέρας προελθούσης τῆς γενεθλιακῆς πανηγύρεως τοῦ μεγάλου θεοῦ Ἰησοῦ, ὃν Χριστὸν τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνη γεραίρουσι, καταστασιάζει τὰ πλήθη τοῦ αὐτοκράτορος. εἰώθει δὲ ὁ βασιλεὺς συνεορτάζειν τοῖς δήμοις. τοῦ τοίνυν βασιλέως ἅμα τοῖς ὄχλοις τὰς λιτὰς ποιουμένου, νεωτερίσαντες ἀπὸ τοῦ πλήθους τινὲς ἐς Μαυρίκιον ἐβλασφήμουν καὶ λίθους ἐξέπεμπον κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος. ὁ μὲν C
οὖν Μαυρίκιος κελεύει τοῖς σωματοφύλαξιν ἀπειλεῖν ταῖς σιδηραῖς κατὰ τῶν ἐπιόντων κορύναις (ταῦτα δὲ ἄρα τῇ Ῥωμαίων φωνῇ δίστρια λέγεται), μέχρι δὲ τῆς ὑποκρίσεως κελεύει τούτοις τὰς ἐπιφορὰς σχηματίσασθαι· ὁ δὲ Γερμανὸς ὑποκάτω τῆς χλαμύδος καλύψας τὸν Θεοδόσιον διὰ τῶν λεγομένων Ἱλαρᾶς (τόπος δὲ

magna interierit. quamobrem cum diris suorum execrationibus Philippopolim veniens, totam illic hiemem traduxit, et initio veris Byzantium reversus aestate mox sequente rursum dux a Mauricio designatus est.

non paucis instructus. Cum quibus moenia urbis versus orientem aggressus, re infecta repellitur, imperatoris filio Theodosio in eos impetum faciente et quam maxime depugnante, cum subinde et pater eius Michael egressus invaderet adversarios proprio Marte. Unde in angustia constitutus, ad navale proelium progreditur, ingentem navigiorum numerum secum ducens. Atque ibi itidem male rem gerit: illa enim omnia bellico igne consumpta fuere. Cuius quidem ignis conficiendi propemodum iam scientia deperdita fuerat, tunc autem sic denuo reperta. Callinicus quidam ex Aegypto, vir prudens solusque eam scientiam habens, sumpta loquendi audacia dixit ad imperatorem se contra Thomam ei sociam operam navaturum ad mare, si vellet: atque is ignem illum artificiose a se compositum praebuit navium praefectis.

Tribus autem annis perditus ille rebellavit. Cuius rebellionis sub imperio Leonis prodigium horrendum sic apparuit. Visus est cometa in caelo sub specie duarum lunarum clare sese coniungentium rursusque separantium per diversas coniunctiones, ex quibus figura quaedam hominis sine capite formata fuit, portendens quodammodo postea invectum contra Christianos dogma rebellis sectae acephalum, vel etiam Thoma illo pestifero tamquam capite et duce vano seditionis externorum in-

ἑτέρων διαστάσεως κεκτημένων πως προεφήτευσεν. ἠνδραγαθήκεσαν δὲ ἐν τούτῳ ὅ τε Ὀλβιανός, καὶ Χριστοφόρος, τηνικαῦτα μάγιστρος γεγονώς, οὗ οἱ υἱοὶ Βαρσάκιός τε καὶ Νάσαρ V. 16 πατρίκιοι, καὶ Κατάκυλας αὐτοῦ Μιχαὴλ βασιλέως ἐξάδελφος καὶ πατρίκιος, περὶ ὧν προδεδήλωται· δι' ὧν τοῦ στασιώτου τὰ φάρμακα διεσκέδαστο.

Καὶ οὕτω φασὶ τὰ κατὰ Θωμᾶν ἀκριβέστερον διεξιστορεῖσθαι. οὗτος γοῦν ὁ μουλτίων, ἐκ πατρίδος οἰκτρᾶς καὶ τύχης ἀφανοῦς γεγονώς, τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸ ζῆν χάριν εἰς τὴν Κωνσταντίνου καὶ βασιλεύουσαν πόλιν εἰσῆλθεν, καὶ κολληθεὶς τινι τῶν πατρικίων (Βαρδάνης οὗτος ἦν ὁ λεχθείς) ἐγκλήματι μὲν μοιχείας παρὰ τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἑάλω, ἣν ὑπέθετο καταπράξασθαι τούτῳ Νικηφόρος ὁ τηνικαῦτα τὸ βασιλεύειν λαχών, τῷ Βαρδάνῃ βασκαίνων διὰ τὴν προσοῦσαν καλοκἀγαθίαν αὐτῷ· φεύγων δὲ τὴν ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ δίκην, ἣν καταπράξασθαι μὲν B ἐπειράθη, οὐκ εἰς ἔργον δὲ προέβη, εἰς Συρίαν ἀπέδρα. καὶ πρῶτον μὲν τὴν εἰς Χριστὸν ἐξήρνηται πίστιν, καὶ χρόνον συχνὸν ἐν αὐτοῖς διατρίψας, ὡσεὶ ε' καὶ κ' παρελκυσθῆναι ἐνιαυτούς, ψευδῆ φήμην ἑαυτῷ περιποιεῖται, Κωνσταντῖνον εἶναι αὐτὸν εἰσηγούμενος τὸν Λέοντος καὶ Εἰρήνης. οὗτος δὲ ἄρα διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν τρόπων μετὰ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς βασιλείας ἐστέρηται καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισται μετὰ βραχὺ τῆς ἐκπτώσεως, καὶ ὁ τοῦδε νεκρὸς ἔν τινι κατετέθη σορῷ τότε τῶν

1. προεφύτευσεν L.

structae quodammodo praenuntians. Strenue autem rem gesserunt in hoc bello Olbianus et Christophorus, tunc magister factus, cuius filii Barsacius et Nasar patricii; Catacylas item ipsius Michaelis imperatoris patruelis, et ipse patricius, de quibus a nobis iam dictum. Per hos rebellis illius venena dissipata.

Hoc etiam modo dicunt de Thoma rem accuratius per historiam tradi. Iste rebellis, ex patria misera et conditione obscura oriundus, rerum ad vitam sustentandam necessariarum gratia in Constantini imperatoriam urbem venit. Cumque se applicasset cuidam patricio (Bardanes iste fuit, de quo diximus), crimine adulterii ab hoc viro reus fuit factus, ad quod perpetrandum hortatus eum fuerat Nicephorus illo tempore imperator, Bardani invidens propter insitam ei probitatem. Reus autem factus crimine adulterii, quod perpetrare quidem conatus fuerat, sed in actum non devenerat, in Syriam profugit. Ac primum quidem fidem in Christum abnegavit: dein cum satis longo tempore inter ipsos habitasset, elapsis iam viginti quinque annis, falsam famam sibi acquirit, Constantinum se esse dictitans, illum Leonis et Irenes filium. At is propter morum improbitatem et oculis et imperio orbatus fuerat, ac non multo post, ut imperio exciderat, e medio sublatus fuit, cadaver autem

ἐν τῇ βασιλευούσῃ σεμνείων. ἀλλ' ὅγε παλαμναῖος οὗτος ἀνὴρ μετὰ Σαρακηνῶν διαζῶν, ὑποσχέσεσι τούτους ἐπαίρει λαμπραῖς, ὡς ὑποτελῆ ποιήσειν αὐτοῖς τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, εἰ καὶ χρήματα
C ἱκανὰ καὶ στρατὸν ἀξιόχρεων δοῖεν πρὸς τὸ ἔργον αὐτῷ. καὶ δὴ τῶν αἰτουμένων τυχὼν ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων εὐθύς, ποιεῖται δὲ καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐγχειρουμένων υἱὸν ἀνθρώπιόν τι μιξοβάρβαρον εὑρηκώς, μετὰ τῆς ψυχικῆς φαυλότητος καὶ ἀνοίας ἔτι δὴ καὶ δυσμορφίαν σώματος δυστυχοῦν καὶ τἆλλα τῶν τούτου· ὃ δὴ καὶ Κωνστάντιον ἐπιτρέπει καλεῖσθαι, ἀπόμοιράν τε τούτῳ Σαρακηνῶν στρατεύματος δοὺς σὺν αὐτῷ εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσβάλλει ἤδη. Λέων δὲ τότε καιροῦ τούτων ἦν βασιλεύς, ὁ Βάρδα μὲν τοῦ πατρικίου υἱός, ἐξ Ἀρμενίων δὲ κατάγων τὸ γένος· οὐ πολυωρίας δὲ ἀξιώσας τὸ ἐπιφυὲν Ῥωμαίοις κακόν, σχε-
D διάσας δὲ πλῆθος στρατεύματος βραχὺ καὶ καθηγεμόνα στρατιώτην μᾶλλον ἢ στρατηγὸν ἐπιστήσας κατὰ Θωμᾶ ἀποστέλλει. καὶ δὴ τῶν στρατευμάτων ἀμφοτέρων συμπεσόντων ἀλλήλοις κατά τι τῶν ἐν τῇ ἕῳ χωρίων, πταίει μὲν ὁ τοῦ βασιλέως στρατὸς καὶ εἰς φυγὴν τρέπεται· ἐπ' ἀδείας δὲ ὁ ἀποστάτης γενόμενος πάντα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐπιτρέχει καὶ πρὸς βίαν τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖται φρονεῖν.

Οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Μιχαὴλ Λέοντα φονεύει καὶ τὴν βασιλείαν ἐκδέχεται. ὁ δέ γε στασιάρχης Θωμᾶς, ὡς μὴ

2. τούτοις ἐξαίρει L. 8. δὴ] δὲ L. 14. οὐ βραχὺ L.

eius loculo impositum in quodam augustali imperatoriae urbis. Iste vero sceleratus homo cum apud Saracenos viveret, pollicitationibus istos sollicitavit, se tributarium illis facturum Romanorum imperium, si et pecunias, quantum satis, et exercitum idoneum ad eam rem ei praebeant. Et ecce petitis potitus mox expeditionem suscipit in Romanos: adoptat etiam propter magnitudinem rerum susceptarum, filium homuncionem quendam semibarbarum nactus, cum animi improbitate et amentia etiam corporis et deformitate et ceteris laborantem, atque Constantium iubet appellari, cumque partem ei Saracenorum exercitus tradidisset, cum illo in Romanorum ditionem impetum facit. Leo illo tempore erat imperator, Bardae quidem patricii filius, sed genus ducens ex Armeniis. Cum autem hic non magna cura dignum existimaret imminens Romanis malum, extemporali opera collegit numerum copiarum exiguum, impositoque eis duce, aut gregario potius milite quam duce, contra Thomam misit. Ac concurrentibus utrinque exercitibus apud oppidum quoddam in oriente, vincitur imperatoris exercitus atque in fugam vertitur. Cumque sine metu esset desertor, per totum orientem grassabatur omnesque vi cogebat suarum esse partium.

Nec multo interiecto tempore Michael Leone interfecto imperium suscipit. Princeps autem seditionis Thomas, ut cui non esset satis

ἀρκούσης αὐτῷ τῆς κατὰ γῆν ἐπικρατείας σχεδὸν ἁπάσης, ἤδη τὸ ναυτικὸν ἅπαν τὸ ὑπὸ Ῥωμαίους ὄν, πλὴν τοῦ βασιλικοῦ κληθέντος, ὑποποιεῖται, καὶ ναῦς πλείστας ναυπηγήσας ἑτέρας σίτου τε παραπομποὺς καὶ ἵππων τάς τε πολεμιστηρίους, ταύτας E κατὰ Λέσβον κελεύει μένειν αὐτόν· ὁ δὲ ἅμα μυρίῳ δή τινι στρατῷ καταλαμβάνει τὸν μεταξὺ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου πορθμόν, κατὰ νώτου δὲ λιπὼν ἑαυτοῦ τὸν ψευδοκωνστάντιον καὶ ποιηθέντα υἱὸν ἅμα μεγίστῃ δυναστείᾳ τῶν προκατειλημμένων αὐτῷ V. 17 τὰ λοιπὰ καταδραμεῖν ἐπιτρέπει. δαιμόνων δὲ εἰσηγήσεσιν οὗτος καὶ μαντείαις ἠγμένος χρόνου ἡμέραν τοῖς συμπόταις προλέγει καθ' ὃν τῇ βασιλευούσῃ προέλθοι πόλει ἐν ἀρρήτῳ δόξῃ τινί· ἤδη δὲ τῆς κυρίας ἐνστάσης αὐτῆς τῷ ὑπὸ τὸν Ὀλβιανὸν περιπίπτει στρατῷ, οὗ πρὸς βραχὺ μὴ ἐνεγκὼν τὴν ὁρμὴν φεύγει τε καὶ εὐθέως ἁλίσκεται. καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ γενναῖος Ὀλβιανὸς ἐκτεμὼν πέμπει τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ· ὁ δὲ τῷ στασιώτῃ ταύτην καὶ ψευδωνύμῳ ἀποστέλλει πατρί. ἀλλ' οὗτος μὲν οὐδέν τι τῆς ἀπονοίας ἠφίετο, ἀλλ' ἅμα τῷ νηΐτῃ Λέσβοθεν ἥκοντι στόλῳ, καὶ αὐτὸς ναυσὶν ἱππαγωγοῖς κεχρημένος, νύκτα διασκοπήσας ἀσέληνον, ἐκ παράλου τοπίου τινὸς ὃ δὴ πρὸς τῶν ἐγχωρίων καλεῖται Ὁρκόσιον, πολλαχοῦ περαιοῦται τῆς Θρᾴκης λα- B θών, εὑρὼν δὴ πάντας Θρᾷκας κατηκόους αὐτῷ, καίτοι τοῦ βασιλέως, ὅτε δὴ φήμη περιηγγέλη ὡς διαβαίνει ναυσὶν ὁ ἀποστάτης τὸν κατὰ τὴν Ἄβυδον τῆς θαλάττης πορθμόν, ἐνστρα-

6. σειστοῦ L. 21. εὑρὼν δὲ L. 22. φήμη περιηγγέλει L.

obtinere terram fere omnem, etiam rem nauticam universam Romanorum, excepta classe illa quae imperatoria dicebatur, in suam potestatem redegit, navesque plurimas fabricatus alias tritico et equis portandis, bellicas item, apud Lesbum exspectare iubet: ipse autem cum innumeris copiis occupat fretum inter Sestum et Abydum. Cumque Pseudoconstantium, quem adoptaverat in filium, cum maxima multitudine a tergo reliquisset, ea quae ipse nondum occupasset et reliqua essent pergrassari iubet. Iste porro daemonum monitis et vaticiniis impulsus tempus et diem praedicit convivis suis quo imperatoriam urbem esset ingressurus cum gloria quadam ineffabili. Iamque instante statuto illo die, in Olbiani exercitum incidit; cuius impetum cum ad breve tantum tempus sustinuisset, fugam arripit statimque capitur. Eiusque caput egregius ille Olbianus amputatum mittit imperatori Michaeli: iste autem rebelli et patri falsi nominis transmittit. Sed is nihil a dementia remisit, verum una cum classe a Lesbo veniente, et ipse hippaginibus utens, nocte observata illuni, a maritimo quodam oppido quod ab illius loci hominibus vocatur Horcosium, in diversis Thraciae locis clam appulit invenitque Thraces universos sibi addictos; quamvis imperator, cum fama nuntiaret rebellem navibus traiicere fretum apud Abydum, exercitum quendam

τεύσαντός τε κατ' αὐτοῦ ὀλιγίστῳ στρατῷ καὶ ἐκ πασῶν πόλεων Θρᾳκικῶν ὡς συμμαχήσουσι βασιλεῖ πίστεις λαβόντος· ὅμως ταύτας ἁπάσας παρ' οὐδὲν θεμένων αὐτῶν, πολὺς ὁ τύραννος ἐγεγόνει, καὶ τούτων προσρυέντων αὐτῷ. παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν πόλιν ὑπονοστεῖ, καὶ ὡς ἐνῆν τὰ κατ' αὐτὴν ἀσφαλέστατα διαθείς, πεζὸν ἅμα καὶ ναυτικὸν συναθροίζει στρατὸν ἐκ τῶν κατ' ἀνατολὴν ἤδη τοῦ ἀποστάτου ὑποχωρήσαν-
C τος πρός γε βραχὺν χρόνον τῆς τυραννίδος ἀπηλλαγμένων. ἐνίησι δὲ βασιλεὺς καὶ πῦρ πολεμιστήριον ταῖς ναυσί, καὶ τὴν σιδηρᾶν σχοῖνον ἀπ' ἀκροπόλεως μέχρι τοῦ πέραθεν φρουρίου διέτεινεν, ὡς ἂν τὸ κατὰ τὴν πόλιν καλούμενον Κέρας μὴ ἐκ τοῦ στόλου τῶν ἀντιπάλων πημαίνοιτο. Γρηγόριον δέ, πάλαι μὲν χρηματίσαντα στρατηγόν, δι' αἰτίας δὲ βασιλεῖ γεγονότα καὶ διὰ τοῦτο εἰς Σκῦρον, μίαν τῶν Κυκλάδων νήσων, φυγαδευθέντα, λαβὼν ὁ ἀποστάτης, ἅτε δὴ προσχωρήσαντα αὐτῷ, χειροτονεῖ στρατεύματος ἡγεμόνα μυρίων ἀνδρῶν, καὶ τοῦτον πρόδρομον αὐτοῦ κατὰ τῆς βασιλευούσης προπέμπει, ἀλλὰ δὴ καὶ στόλον ναυτίλων ἀνδρῶν, ἵνα δὴ ἄμφω κατὰ ταὐτὸν ἐν τῇ Κωνσταντίνου γένοιντο πόλει. καὶ δὴ γέγονε τοῦτο ταχέως, συνελθόντες ἀλλήλοις ἀπό τε γῆς καὶ θαλάττης κατὰ τὰς Βαρβύσου τοῦ ποταμοῦ
D ἐκβολάς, οὐδὲ τῆς σιδηρέας ἐξαρκεσάσης σειρᾶς κωλῦσαι τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον πλοίων. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς σὺν

6. πεζῶν ἅμα καὶ ναυτικῶν L. 8. βραχὺ χρόνον L. 18. κατ' αὐτὸν L. 19. ταχαίως L.

perexiguum eduxisset contra eum et ex omnibus civitatibus Thracicis fidem auxilii praestandi et societatis accepisset. Sed istis eam negligentibus, magna incrementa capit tyrannus, his etiam ad eum confluentibus. Statim igitur imperator in urbem revertitur, atque ut licebat ea firmata, terrestres simul et navales collegit copias ex orientalibus, qui post discessum desertoris iam aliquantisper tyrannide liberati erant. Immisit autem imperator etiam ignem bellicum navibus, atque ferream catenam ab arce usque in castellum ex adverso extendit, ne urbis Keras quod vocatur (i. e. Cornu) ab hostili classe infestaretur. Porro Gregorium, qui olim quidem fuerat dux militaris, sed in offensionem imperatoris venerat atque ob id in Scyrum unam ex Cycladibus insulis relegatus fuerat, hunc inquam nactus desertor, utpote ad ipsum se conferentem, praeficit exercitui decem mille virorum, atque hunc praecursorem suum adversus imperatoriam urbem mittit, simul autem et classem nauticumque exercitum, ut ambo eodem tempore Constantinopolin pervenirent. Id quod cito admodum factum fuit, cum convenissent terra marique ad Barbysi fluvii ostia, neque ferrea illa catena valuisset prohibere adventum navium hostilium. Nec multo post ipse etiam cum octoginta millibus ad-

π' χιλιάσιν ἐπιστατεῖ τῇ πόλει, ἐπὶ δὲ τῷ προτέρως ποιηθέντι υἱῷ καὶ ἕτερον ἀναδείκνυσιν, Ἀναστάσιον ὄνομα, πάλαι μὲν εἰς τοὺς καλουμένους τελέσαντα μοναχούς, εἰς κοσμικῶν δὲ τρόπων φαυλότητι τάξιν ἐληλυθότα, αἰσχρὸν τὸ εἶδος, ὥστε δοκεῖν ἐξ οἰνοποσίας Ἰνδογενὴς εἶναι, μοχθηρότερον τῇ ψυχῇ ὑπὸ ἐμπληξίας ἐσχάτης. μετὰ τούτου οὖν καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ προσβάλλει τῇ πόλει, ἅμα τῷ φανῆναι οἰόμενος ἀνοιγῆναι τὰς πύλας αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ τῆς ἐλπίδος διαμαρτάνει, τῶν πολιτῶν μεθ' ὕβρεων ἀποπεμψάντων αὐτόν, σκηνοῦται κατὰ τῶν σεβασμίων Ἀναργύρων νεών, καὶ πάντας ἔσχεν ὑπηκόους τοὺς κατὰ τὸν Θρᾴκιον οἰκοῦντας Βοόσπορον. εἶτα πόλεμον μετὰ τῆς πόλεως V. 18 συγκροτεῖ τοξεύμασιν ἀφάτοις καὶ τοῖς ἐκ τῶν πετροβόλων λίθοις ὀργάνων, μάλα δὴ κατὰ μέρος τῶν Βλαχερνῶν ἐλπίζων ταύτην ἑλεῖν. ὅθεν δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀναβὰς ἐπὶ τῆς ὀροφῆς τοῦ τῆς θεοτόκου ναοῦ τὸ πολεμικὸν σημεῖον πήγνυσι, κελεύει δὲ καὶ Θεόφιλον τὸν υἱὸν λαβεῖν γε τὸ νικοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλον καὶ τὴν σεβαστὴν ἐσθῆτα τῆς θεομήτορος, καὶ περιελθεῖν τὸν τοῦ Βυζαντίου τείχους περίβολον μετὰ λιτανείας, σὺν ἅμα τῷ ἱερῷ κλήρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, τῆς θείας ἐπικουρίας δεόμενον. παρατάττεται δὴ παντοίῳ πολέμου εἴδει ὁ ἀποστάτης καὶ μηχαναῖς· ἀλλ' ἐξ ὑπερδεξίου οἱ τοῦ βασιλέως ταῖς τε βολαῖς καὶ τοῖς ἀντιμηχανήμασι κεχρημένοι διωθοῦνται τοὺς ἐναντίους, B ὥστε καὶ κλίμακας καὶ χελώνας κριούς τε καὶ πᾶν εἴ τι

1. ἐπίσταται L. 4. φαυλότητα L.

fuit ad urbem. Adoptavit etiam, post priorem adoptivum filium, alterum quoque, Anastasium nomine, qui olim quidem monachus fuerat, sed ad secularium improbitate morum ordinem defecerat; turpi facie, ut videretur ob vinolentiam ex India oriundus, sed peiore animo propter extremam vecordiam. Cum isto igitur et universo exercitu accedit ad urbem, simul atque apparuisset putans apertum iri portas sibi. Cum autem haec spes eum fefellisset, civibus eum cum contumelia ablegantibus, tabernacula ponit apud venerabilium Anargyrorum templum, omnesque habuit sibi subiectos eos qui in Thracio habitabant Bosporo. Deinde bellum adversus urbem instaurat cum sagittis innumeris et lapidibus ex machinis ad id paratis, potissimum a parte Blachernarum sperans se eam capturum. Quapropter et Michael, conscenso tecto templi deiparae, belli signum figit: iubet etiam Theophilum filium sumere lignum crucis victoriae efficiens venerandamque vestem deiparae, et obire moenium Byzantii ambitum, supplicando, una cum sacro clero aliisque civibus, divinum auxilium implorantem. Oppugnat ergo desertor omni genere bellandi atque machinis. Sed ex superiore loco ii qui erant cum imperatore, iactibus et machinis contra instructis usi, repellunt adversarios, ita ut scalas et testudines et arietes et quidquid eiusmodi esset instru-

τοιοῦτον ὄργανον λιπόντας ὑπὸ τὰς ἰδίας διαδρᾶναι σκηνάς. ἀλλὰ καὶ ὁ ναυτικὸς τοῦ ἀποστάτου στρατὸς καὶ αὐτὸς τῷ ὑγρῷ κεχρημένος πυρί, κυκλοῖ τὴν πόλιν τούτῳ τε καὶ τοξεύμασιν ἀριθμοῦ πλείοσι, πρὸς δὲ καὶ τετρασκελέσιν ἑλεπόλεσι καλουμέναις, πνεύσαντι ἐναντίῳ πνεύματι ἀποκρούεται, ἅτε δὴ καὶ χειμερίου τῆς ὥρας οὔσης.

Ἤδη δὲ τοῦ ἡλίου ταῖς ἀρκτῴοις οἰκήσεσιν ἐπιθέοντος διά τε τοῦ πεζικοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ προσβάλλει τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο μάλα τὸ μέρος ὃ δὴ Κέρας τὸ σχῆμα καλεῖται, τετρασκελεῖς ἑλεπόλεις κατασκευάσας καὶ ἐκ τῶν πεμπομένων δι'
C *αὐτῶν ἀπὸ τῶν νεῶν λίθων κατασείειν τὸ τεῖχος οἰόμενος. ὁ δέ γε βασιλεύς τισι τῶν ἐναντίων διὰ τοῦ τείχους εἰς λόγους ἦλθεν ἀμνηστίαν τῶν εἰργασμένων αὐτοῖς ἕξειν, εἰ μεταμεληθεῖεν, παρεγγυῶν· οὐ πείθει δὲ τούτοις, ἀλλὰ στρατόν τινα καθοπλίσας ὀλίγιστον, ἀθρόον τῆς πόλεως ἔξεισι καὶ τοὺς ὑπαντήσαντας αὐτῷ κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ κατὰ θάλατταν δὲ τοσοῦτον ὥστε τὰ πλοῖα πρὸς γῆν διοκείλαντας συνδεδεμένα πρὸς τοὺς ἐκ τῆς χέρσου μαχομένους ἀναφυγεῖν καὶ τὸν ἐκ θαλάττης ἀπαγορεύσασθαι πόλεμον, ἑκόντας τε πολλοὺς τῶν πολεμίων προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ. ἐν οἷς καὶ Γρηγόριος, συνελκύσας ἑαυτῷ καί τινα*
D *μοῖραν βραχεῖαν στρατοῦ καὶ κατὰ νύκτα τινὰ λαβόμενος εὐκαιρίας, φεύγει πρὸς τὴν Θρᾴκην καὶ κατὰ νώτου γίνεται τοῦ τυ-*

1. *λειπόντας* L. 3. *κυκλῶν* coni. B. 9. *μάλα*] fort. *πάλιν.* 15. *ἀθρῶον* L. 17. *διοκείλαντα* L. 22. *νῶτον* L.

menti relinquerent inque sua diffugerent tabernacula. Sed et navalis exercitus desertoris ipse etiam humido utens igne, oppugnans urbem illo, et sagittis innumeris, insuper et machinis quaternorum crurum, flante adverso vento reiicitur.

Sole autem iam septentrionalia lustrante, terrestri et navali exercitu oppugnat urbem, illa praecipue parte quae Keras (i. e. Cornu) a figura vocatur, machinas cum quaternis cruribus fabricatus, atque missis per eas lapidibus e navibus muros se concussurum putans. Ceterum imperator cum quibusdam ex hostibus de muro collocutus oblivionem et veniam patratorum, si paenitentiam prae se ferant, promisit, sed non persuasit. Itaque postquam exercitum perexiguum armasset, subito ex urbe erumpit et occurrentes sibi magna strage vincit; pariter et in mari, ut navibus ad terram actis et colligatis, ad eos qui in continente pugnabant confugerent, in mari pugnare haud sustinentes, multique ex hostibus ad Michaelem deficerent; inter quos et Gregorius, abstrahens secum partem quandam exiguam exercitus, atque nocte quadam nactus opportunitatem, properans se confert in Thraciam et a tergo fit tyranno.

ῥάννον. ἀλλ' ὅγε στασιάρχης ἅμα τῷ τοῦτο μαθεῖν στρατεύει κατὰ Γρηγορίου, καὶ τοῦτον καταλαβὼν ἀναιρεῖ, καὶ πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἐλθὼν τῆς ἐξ ἀρχῆς ἔχεται προσεδρείας, γράμμασί τε πεπλασμένοις, ὡς κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν εἴη νενικηκώς, τῷ κατά τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰς νήσους ἅπασας ναυτικῷ ἐξαπατήσας ἀναχθῆναι κελεύει καὶ τῷ βασιλεῖ διαμάχεσθαι. καὶ δῆτα πλοῖα σιταγωγὰ τοῖς πολεμιστηρίοις προσκαθοπλίσαντες πανθυμαδὸν ἀναπλέουσι, προσορμίζονταί τε τῇ τῶν καλουμένων Βυρίδων E ἀκτῇ, τῶν προτέρων οὐκ ἐλάττους οὖσαι τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ εἰς ν' καὶ τ' ὁ τούτων ηὔξητο ἀριθμός. ἔμελλε δὲ ἄρα ἔκ τε νοτίου μέρους καὶ βορείου τῆς πόλεως αὐτῇ προσβαλεῖν ταῖς ναυσίν. βασιλεὺς δὲ προφθάσας ἀποστέλλει πυρφόρους ναῦς, αἳ δὴ ταῖς τῶν ἐναντίων ναυσὶ κατὰ τὸν εἰρημένον ἐπιθέμεναι χῶρον, ἃς V. 22 μὲν ὁλοκαυτοῦσιν αὐτῶν, ἃς δὲ σκεδαννύουσιν, τὰς πλείους δὲ τούτων αὐτῶν συλλαμβάνουσιν ἀνδράσιν αὐτοῖς καὶ τῷ βασιλεῖ προσάγουσιν.

Ἀκηκοὼς δὲ Μορτάγων ὁ κύριος Βουλγαρίας ὅσα τε καὶ οἷα κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν συνηνέχθη γενέσθαι, διαπρεσβεύεται πρὸς βασιλέα καὶ συμμαχεῖν αἰτεῖται αὐτῷ· αἱ γὰρ ὑπὸ Λέοντος τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτοὺς τριακοντούτεις σπονδαὶ ἤδη τὴν πρώτην δεκαετηρίδα συνεπλήρουν σχεδόν. ἀποδοχῆς δὲ μεγάλης ὁ βασιλεὺς τὴν γνώμην αὐτῶν ἀξίαν κρίνας ἀπολογεῖται μὴ

1. τῷ om. L. 6. καὶ δὴ τὰ L. 11. προσβαλλεῖν L. 22. ἀξίως L.

Sed rebellionis princeps, simul atque id intellexit, cum militari manu aggreditur Gregorium captumque interficit, reversusque ad urbem obsidionem continuat, litterisque fictis, quasi terra marique vicisset, decipiens, naves e Graecia insulisque universis subvehi iubet ad proelium cum imperatore committendum. Itaque navibus vehendo frumento bellicisque instructis unanimiter provehuntur appelluntque in littore Byridensi, haud minore numero quam priores: nam ad CCCL earum excreverat numerus. Erat autem et ab australi et a boreali parte urbem navibus aggressurus. Sed imperator praeveniens misit igniferas naves, quae hostiles naves in loco praedicto adortae partim comburunt integras, partim dispergunt, plerasque autem capiunt una cum hominibus et imperatori adducunt.

Cum autem audivisset Mortagon Bulgariae dominus quae quantaque imperatoriae urbi accidissent, per legationem agit cum imperatore, deposcitque sibi societatem belli. Nam foedus illud tricennale sub Leone imperatore cum ipsis factum iam fere primum decennium implebat. Sed imperator, quamvis magnopere probandam iudicaret voluntatem ipsorum, se excusavit, haud oportere eos inter quos conventum sit tanto tempore

χρῆναι τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ὡμολογηκότας Χριστιανικῶν αἱμάτων ἀφέξεσθαι ἐπὶ τῷ τῶν στασιωτῶν πολέμῳ τὰ καλῶς B δόξαντα καταλύειν· φιλοφρονησάμενος δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἀξίως πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀποστέλλει. ἀλλ' οὗτοι μὲν κατ' οὐδὲν τῶν τοῦ βασιλέως φροντίσαντες λόγων κατά τε τοῦ τυράννου στρατεύουσι καὶ εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσβαλόντες ἤδη κατὰ τὸν Κηδούκτου καλούμενον στρατοπεδεύονται χῶρον. μαθὼν δὲ ὁ ἀποστάτης τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Βουλγάρων ἔφοδον, τοῦ καταλειφθέντος αὐτῷ ναυτικοῦ λόγον οὐδένα ποιεῖται, ὅθεν δὴ τοῦτο πᾶν τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖ· ὅλος δὲ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ γεγονὼς ἀπαίρει μὲν τοῦ προσεδρεύειν τῇ πόλει, κατὰ δὲ τὸ εἰρημένον χωρίον προσβαλὼν τοῖς Βουλγάροις κατὰ κράτος ἡττᾶται. καὶ πλεῖστοι μὲν τῶν αὐτοῦ κτείνονται καὶ πυρπολοῦνται πρὸς τούτων· C οἱ δὲ περιλειφθέντες ὡς εἶχον σθένους σκεδάννυνταί που. λείαν δὲ πολλὴν τῶν πολεμίων οἱ Βούλγαροι συμφορήσαντες πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὑποστρέφουσιν.

Οὐκ ἀπολήγει δὲ καὶ οὕτως πράξας κακῶς τῆς ἀπονοίας ὁ τύραννος, ἀλλὰ τοὺς σκεδασθέντας συλλέξας [καὶ] πρὸς τὴν καλουμένην Διάβασιν, ἅτε δὴ πρὸς τὸ στρατοπεδεῦσαι πάντα οὖσαν ἐπιτηδείαν, διά τε τὴν τῶν ἵππων νομὴν καὶ πρὸς τὴν ἄλλην χρείαν τῶν ἀνθρώπων ἀφθονωτέραν τυγχάνουσαν, ἐκεῖσε σκηνοῦται τῷ τέλματι τοῦ χωρίου θαρρήσας, ἐκεῖθέν τε ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως, ὄντως τύραννος ὤν, συχνὰς ποιεῖται καταδρομὰς καὶ τὰς πλησιαζούσας πυρπολεῖ κώμας. ὅπερ δὴ μαθὼν ὁ βα-

abstinere a Christiano sanguine, propter rebellium bellum ea quae recte probassent et decrevissent rescindere. Condigne ergo pro ipsorum promptitudine atque humane exceptos habitosque in patriam dimittit. Sed isti, nihil curantes imperatoris dicta, adversus tyrannum infesto exercitu proficiscuntur, atque apud Cedocti locum ita dictum castra ponunt. Porro desertor, cognito Bulgarorum hostili adventu, relictae quidem a se classis rationem habet nullam; unde etiam ea tota imperatori se adiunxit: totus autem terrestri exercitui intentus ab obsidenda urbe discedit et apud praedictum locum congressus cum Bulgaris ingenti clade afficitur, plurimique suorum occiduntur et cremantur, reliqui autem quantum possunt fugientes disperguntur. Multis autem spoliis hostium congestis Bulgari in patriam revertuntur.

Non desinit tamen, quamvis re ita male gesta, tyrannus insanire. Sed postquam dispersos collegisset, ducit ad Diabasin locum ita dictum, castris omnino idoneum, pabulis equorum rebusque aliis ad usus hominum abundantiorem: illic tabernacula ponit, palude illius loci tutum se fore ratus, atque inde tanquam ex arce verus tyrannus crebras facit incursiones proximosque vicos incendiis vastat. Quo intellecto imperator

σιλεὺς Μιχαήλ, ὡς εἶχε δυνάμεως, εὐαρίθμητον σχεδιάζει στρα- D
τὸν καὶ κατὰ τοῦ τυράννου πρὸς τὸν εἰρημένον ἔρχεται χῶρον
σὺν κόσμῳ στρατηγεσίας παντί, λόγοις καὶ ταῖς ἄλλαις ὑποσχέ-
σεσι τοὺς συνόντας ἐπιρωννύς. ὁ δὲ τύραννος πλήθει πολλῷ
δὴ μάλα ὑπαντιάζει τῷ βασιλεῖ, σχηματίζεταί τε φυγήν, ὥστε
τὸν τοῦ βασιλέως στρατοῦ διαλυθῆναι συνασπισμόν· διαμαρτά-
νει δὲ τοῦ σκοποῦ, μήτε τὴν τάξιν τοῦ βασιλικοῦ διαλύσας στρα-
τοῦ, μήτε τοῖς ἑαυτοῦ συναφθῆναι οἷός τε γεγονώς, ἀλλὰ τῶν
ἐναντίων μὴ ἐνεγκὼν τὴν ὁρμήν, ὡς εἶχε τάχους, χρῆται φυγῇ
καὶ πρὸς τὴν Ἀρκαδιούπολιν σύν τισι τῶν ἑαυτοῦ διασώζεται. E
ὁμολογήσαντας δὲ αὐτῷ τοὺς πλείστους τῶν στασιωτῶν ὁ βασι-
λεὺς εἰληφὼς ἐπέρχεται τῇ πόλει αὐτῇ καθ' ἣν ὁ τύραννος διεσώ-
ζετο, χάρακά τε περιβάλλει αὐτῇ καρτερὸν κύκλῳ. ὀλιγίστους
δὲ ὁ ἀποστάτης ἔχων ἔνδον τῆς πόλεως ἱππότας, πολλάκις, ὅτε
δὴ πεφυρμένους διήθρει τοὺς ἐναντίους, ἠφίει κατ' αὐτῶν τού- V. 20
τους· ἀλλ' οὖν γε καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐπάνθανον ἢ ἔδρων οἱ δεί-
λαιοι. ὁ δέ γε βασιλεὺς ἑλέπολιν μὲν οὐ προσῆγε τῇ πόλει, φει-
δοῖ μήτε τινὰ τοῦ λοιποῦ τῶν ὁμοδόξων ξίφεσιν ἀναιρεῖσθαι,
μήτε μὴν δειχθῆναι τοῖς Σκύθαις ὡς δυνατὸν μηχαναῖς τὰς ὑπὸ
Ῥωμαίων ἁλῶναι πόλεις· λιμῷ δὲ καὶ προσεδρείᾳ περιγενέσθαι
τοῦ τυράννου διέγνω. καὶ δῆτα πολλοῦ χρόνου διαδραμόντος
τοσοῦτον ἐνδεῖται τῶν πρὸς τὸ ζῆν ὁ τύραννος ἀναγκαίων, ὥστε

13. καρτερῶν L. 15. διήρθρει L. 16. Continuator p. 41 D. καὶ φόνον οὐ ποιεῖ μέν, πάσχει δὲ παρὰ τῶν ἐχθρῶν.

Michael, modico coacto exercitu adversus tyrannum in praedictum locum proficiscitur bene instructa acie, verbis et pollicitationibus suos confirmans. Tyrannus porro cum ingenti multitudine adversum proficiscitur, simulat autem fugam, ut imperatoris acies dissolvatur: sed ab hoc scopo aberravit, cum nec imperatoris exercitus ordinem turbaret, nec ipse cum suis coniungere se posset. Itaque adversae partis impetum sustinere non valens qua poterat celeritate fugit, atque in Arcadiopolin cum quibusdam ex suis evadit. Porro imperator, cum plerosque ex rebellibus in fidem accepisset, aggreditur ipsam urbem in quam tyrannus evaserat, vallumque ei circundat undique firmum. Desertor autem paucissimos intra urbem habens equites, saepe, quoties scilicet sine ordine turbatos cerneret adversarios, immittebat his illos: sed hac etiam ratione plus patiebantur quam efficiebant perditi illi. Nullas autem imperator machinas admovit urbi, id cavens ut nec ex consortibus fidei quisquam gladio interficeretur, neque ostenderetur Scythis posse machinis capi Romanorum urbes: verum fame et assidua obsidione tyrannum in suam potestatem redigere statuerat. Itaque multo tempore elapso adeo indigere coepit tyrannus rebus ad vitam necessariis, ut primo quidem omnem aeta-

πρῶτον μὲν πᾶσαν ἄχρηστον ἡλικίαν καὶ φύσιν ἐκκενοῖ τῆς πόλεως, εἶτα τῶν ἵππων αὐτῶν διὰ τὴν λιμὸν ἀποφθαρέντων, τῶν κρεῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα ὀδωδότων, γεύσασθαι πείθει· προῆλ- B θον δὲ εἰς τὸ κώδιά τε καὶ τἄλλα σκύτη φαγεῖν. καὶ τέλος οἱ μὲν αὐτῶν διὰ τῶν πυλῶν λανθάνοντες, οἱ δὲ καὶ διὰ τῶν τειχῶν καθάπτοντες κάλους, ἄλλοι δὲ καὶ ἑαυτοὺς ῥιπτοῦντες κατὰ τὸ ἔδαφος καὶ τὰ μέλη συνθλώμενοι, ἀνωμολόγουν τῷ βασιλεῖ, καὶ συγγνώμης τυγχάνοντες καὶ ἀδείας Ἀναστασίῳ τῷ ψευδωνύμῳ τοῦ τυράννου συνήπτοντο υἱῷ, τοῦ Βύζης ἐπειλημμένῳ πολίσματος, ἐκ τούτου ἐν αὐτοῖς διαπολεμεῖν τῷ βασιλεῖ ἠρημένῳ, ἵνα δὴ παράσχοι τῷ ἀποστάτῃ ἐν τῷ μάχεσθαι ῥᾳστώνην φυγῆς. εἰς δὲ λόγους ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐλθὼν καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτημάτων λήθην μεθ' ὅρκων ὑποσχόμενος ἕξειν, κατὰ τοῦ τυράννου συνίστανται καὶ συσχόντες αὐτὸν προσάγουσι βασι- C λεῖ· ὁ δὲ γηθομένῳ ποδὶ κατ' αὐχένα πατήσας αὐτὸν χειρῶν ἄμφω καὶ ποδῶν στερηθῆναι κελεύει, ἐπὶ κοντοῦ τε ἀναρτᾶσθαι πρὸς τούτῳ. ποινηλατούμενος δὲ ὁ δείλαιος οὕτως ἐβόα μέγα "ἐλέησόν με, ἀληθῶς βασιλεῦ." ἐρομένου δὲ τοῦ βασιλέως αὐτὸν εἴ τινες εἶεν κρυφίως συνεγνωκότες τῆς ἀπονοίας αὐτῷ, τάχα ἂν πολλῶν κατεῖπε ψευδῶς τῶν βασιλικῶν φίλων· ἀλλ' Ἰωάννης ἀνὴρ ἐπίκλησιν Ἐξαβούλλιος, ἐν πατρικίοις τελῶν, τὸν τύραννον ἐπέσχεν εἰπεῖν, φήσας τῷ βασιλεῖ ὡς οὐ δέον κατὰ φίλων πιστεύειν ἐχθροῖς. ἀλλ' ὁ μὲν τύραννος οὕτως δυστυχῶς

10. ἠρημένων L. 14. συσχῶντες L. 17. πρὸς τοῦτο L.

tem sexumque inutilem eiiceret ex urbe, deinde ipsorum equorum qui fame perierant carnes, easque iam olentes, gustare hortaretur: eoque deventum ut pelles aliaque coria comederent. Ac postremo eorum alii per portas clam egressi, alii de muris suspensis funibus demissi, alii proiiciendo se ipsos in terram lapsi, fractis etiam membris, fidem imperatori promiserunt. Sed veniam securitatemque adepti ad Anastasium, tyranni filium falsi nominis, sese conferebant, qui Byzae oppidum occupaverat, indeque bellum inferre per eos imperatori cogitabat, ut scilicet pugnando praestaret desertori facultatem fugiendi. Sed cum imperator cum oppidanis collocutus eis delictorum oblivionem iuratus promisisset, in tyrannum consurgunt comprehensumque adducunt imperatori. Qui, cum laeto pede eius collum calcasset, manibus ambabus et pedibus eum orbari iubet, atque in palo suspendi insuper. Cruciatibus autem exagitatus perditus ille sic clamabat magna voce, "miserere mei, o vere imperator." Cumque interrogasset eum imperator, si qui essent occulte conscii eius amentiae, fortasse multos indicasset falso ex imperatoris amicis: sed vir quidam Iohannes cognomine Exabullius, patricius, prohibuit tyrannum dicere, affirmans imperatori haud oportere de amicis credere inimicis. Interim tyrannus sic misere finit vitam, mense Octobri iam

καταστρέφει τὸν βίον μηνὸς Ὀκτωβρίου μεσοῦντος ἤδη· εὐθὺς δὲ καὶ Ἀναστάσιον οἱ ἐκ Βύζης, ἐπειδὴ τὸν ἀποστάτην ἔμαθον ἀνῃρῆσθαι, πεδήσαντες χεῖρας καὶ πόδας πρὸς βασιλέα κομίζουσιν, ὅντινα δὴ τῇ αὐτῇ τοῦ ψευδωνύμου πατρὸς καταδικά- D ζει ποινῇ.

Ἐπεὶ δέ τινες τῶν τοῦ τυράννου τὴν καλουμένην Πάνιον κατασχόντες πόλιν, ἄρτι μὲν τούτου ἀπεφθορότος, εἰς τὸ πολεμεῖν βασιλεῖ διέγνωσαν καταστῆναι, πρὸς ἣν ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ καὶ λόγους εἰρηνικοὺς προτεινόμενος οὐδαμῶς πείθει καταθέσθαι τὰ ὅπλα, γίνεται δή τι θεόθεν σημεῖον αὐτοῖς· σεισμὸς γὰρ σφοδρὸς τό τε τεῖχος κατέβαλε καὶ τοῖς τοῦ βασιλέως τὴν εἰς πόλιν δέδωκε πάροδον· ὃ τοῖς σεισμοσκόποις σημεῖον ἥττης, ὅθεν γεγένηται τοῦτο. ἀλλὰ δὴ καὶ Ἡράκλεια ἡ πάλαι Πέρινθος καλουμένη, τὰ τοῦ τυράννου λίαν νοσοῦσα, πρὸς τὴν διὰ τῶν τοῦ βασιλέως λόγων θεραπείαν ἀντέσχεν· ὅθεν δὴ τῆς V. 21 ἐκ τοῦ θαλαττίου μέρους τοῦ τείχους ἐπιδρομῆς τῶν βασιλικῶν πειραθεῖσα στρατιωτῶν ἁλίσκεταί τε καὶ τῆς τυραννικῆς ἀπαλλάττεται νόσου ἀναιμωτὶ καθάπαξ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ληφθεῖσα. ἐντεῦθεν δὴ βασιλεὺς πάντα κατήκοα λαβὼν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν ὑπονοστεῖ, καὶ ἱππικὴν ἐπιτελέσας ἅμιλλησιν οὐδὲν ἀνήκεστον τοῖς στασιώταις ποιεῖται, πλὴν τοῦ διὰ μέσης τῆς

2. οἱ om. L. 13. ὅθεν] fort. ὁπόθεν. *cladem fore a qua parte ruina facta fuerit.* 18. λειφθεῖσα L.

medio. Mox autem cognito rebellem interfectum, etiam Anastasium ex Byza constrictis manibus pedibusque ad imperatorem adducunt, quem eadem qua falsi nominis patrem condemnat poena.

Ceterum quidam ex tyranni asseclis occupata urbe quae Panion dicitur, cum, quamvis modo interempto illo, bellum gerere contra imperatorem statuissent, ad eam urbem profectus imperator Michael sermones pacificos praetendens haudquaquam persuasit ut arma deponerent. Fit autem divinitus prodigium ipsis: nam terrae motus vehemens simul murum deiecit, et iis qui cum imperatore erant in urbem ingrediendi copiam fecit: quod contemplatoribus et coniectoribus terrae motuum signum est cladis, unde etiam id factum est. Quin et Heraclea, quae olim Perinthus dicta, rebellionis morbo laborans ad verba imperatoris voluntatem erga ipsos declarantia obstinata fuit. Itaque ex maritima parte muri incursionem imperatoriorum experta militum, capitur et rebellionis liberatur morbo sine caede et sanguine ab adversariis occupata. Hinc imperator, postquam omnia sibi subiecerat, in imperatoriam urbem revertitur, celebratisque ludis circensibus nullam saevitiam exercet in rebelles, nisi ut per medium circum manibus post terga vinctis irent, et

ἱπποδρομίας εἰς τὰ ὀπίσω δεδεμένους τὰς χεῖρας ἰέναι, καί τινας εὐθὺς φυγαδεῦσαι αὐτῶν. καὶ οὕτω θριαμβεύει τὴν νίκην.

Ἐπὶ χρόνου δὲ ἐν ᾧ ἀποστασία προβεβήκει ἡ Θωμᾶ, ἀδεῶς ἀπὸ Ἱσπανίας Ἀγαρηνοὶ ἐδῄουν τὴν Ῥωμαΐτιδα γῆν σὺν δέκα περικαμπέσι ναυσί, κατὰ δέ τινας κʹ, τρόπῳ τοιῷδε. προσώ-
B χθισαν τῇ χώρᾳ αὐτῶν διὰ τὸ μὴ πιοτάτην ὑπάρχειν καὶ εὔφορον, καὶ πρὸς τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν εἶπον Ἀπόχαψιν "ἆρον ἡμᾶς τῶν ἐντεῦθεν καὶ ἀπάγαγε εἰς εὔγειον τόπον, καὶ εὐζωῶμεν ἐκεῖσε." ὧν τοῖς λόγοις παρακληθεὶς γενναίων ἀνδρῶν καὶ εὐόπλων στόλον εὐτρέπισεν, ἐξ ὧν πασῶν νήσων ἐκράτησεν, ὥστε καὶ τῆς Κρήτης αὐτῆς· ταύτην γὰρ λαῷ εὐζώνῳ ἐπηρεάσας ἐξῃχμαλώτισε καὶ πολλὴν λαφυραγωγίαν εἰσεποιήσατο, καὶ ἀκριβῶς ἀναμεμαθηκὼς τὸν χῶρον ἐπαλινόστησεν. τῷ δὲ ἐπιόντι καιρῷ μʹ ναῦς ὁ Ἀπόχαψ ἐπισκευασάμενος ἐν ταύτῃ κατῆρε, καὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ ταύτης προσέβαλε καὶ προσωρμίσθη τῷ Χάρακι.
C διωρίσατο δὲ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ ὅπως ἕκαστος τῶν πλοίων ἀνὰ εἴκοσι ἀνδρῶν καταλίποιεν, οἱ δὲ πάντες ἄλλοι εἰς τὸ τὴν νῆσον ληΐζεσθαι προχωρήσειαν ἐπὶ ἡμέρας γε ιβʹ. ἀποκινήσαντος δὲ τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν, ταύταις ἐνέβαλε πῦρ καὶ ὁλικῶς ἐπυρπόλησεν. ἐφευρηκότες δὲ ταύτας ἠθαλωμένας στασιάζειν κατὰ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν τετολμήκασιν. καὶ ἀπολελόγητο πρὸς αὐτοὺς ὅτι "τῇ προτεραίᾳ κατεγογγύζετέ μου, ὦ

8. ἐπὶ χρόνῳ L. 14. τῷ] τῶν L. 16. εἰς ἕκαστον et ἄνδρας B. 17. καταλείποιεν L. 18. προσχωρήσειαν L.

quosdam eorum statim in exilium ageret. Atque sic triumphavit ob victoriam.

Tempore autem quo rebellio Thomae grassabatur, Agareni Hispanici secure et licenter vastabant Romanam ditionem cum decem rotundis navibus, aut secundum alios viginti, hac ratione. Offendebantur sua regione, quod non esset pinguis nec fertilis, atque ad ducem suum Apochapsin dixerunt "tolle nos hinc et abduc in fecundum solum, ut bene vivamus illic." Quorum verbis permotus strenuis viris et bene armatis instruxit classem, cum quibus omnes insulas in potestatem suam redegit, atque adeo ipsam Cretam. Hanc enim militibus bene accinctis cepit multamque praedam adeptus est, atque accurate recognita regione reversus est. Anno autem sequenti Apochaps navibus quadraginta in eandem insulam navigavit, cumque appulisset ad eius promontorium, stationem cepit ad Characem. Ceterum populo sibi subiecto praecepit ut apud singulas naves vicenos viros relinquerent, ceteri omnes in insulam praedatum discederent ad dies duodecim. Profecto autem populo ad negotium illud suscipiendum, navibus iniecit ignem easque totas combussit. Cum autem invenissent eas combustas, seditionem movere contra ducem ausi sunt. Atque is facti rationem apud eos exposuit, dicens "antea quidem

ἄνδρες ὁμόφυλοι, μὴ μεταναστεύειν ὑμᾶς πρὸς εὐζωΐαν βεβουλημένου· καὶ διὰ τοῦτο ἤγαγον ὑμᾶς ἐνταυθοῖ, ἐν ᾧ γάλακτος καὶ μέλιτός ἐστιν ἀπορρώξ." οἱ δὲ ἀντεῖπον αὐτῷ "καὶ ποῦ δὴ τέκνα ἡμῶν καὶ γυναῖκας εὑρήσομεν;" ὁ δὲ πρὸς αὐτούς "ἴστε ὅτι αἰχμαλωσίαν ἑαυτοῖς πλείστην ἠνέγκατε· ἐκ ταύτης οὖν ὑμῖν D γυναῖκας ἁρμόσασθε." καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀρεστὸς ἐφάνη αὐτοῖς, καὶ τοῦ στασιασμοῦ κατευνάσθησαν, καὶ πυκνοῖς σκόλοψι χάρακα περιέθεντο πρὸς ὀχυρότητα ἑαυτῶν διαρκεῖν ἐν αὐτῷ· ἀφ' οὗ ὁ τόπος μέχρι τῆς δεῦρο Χάραξ προσονομάζεται. μονάστης δέ τις μετέπειτα προσφοιτήσας τῇ νήσῳ ἔφη αὐτοῖς ὅτι "εἴπερ ὅλως ἐθέλοιτε καταδυναστεῦσαι τῆς νήσου, ἀκολουθήσατέ μοι· καὶ ὅποι στοχασάμενος παραδείξω ὑμῖν ἐπιτηδειότητα κτίσεως, ἐκεῖσε πόλιν οἰκοδομήσατε, δι' ἧς τῆς νήσου ἐξουσιάσοιτε." καὶ ἀπήνεγκεν αὐτοὺς εἰς τόπον καλούμενον Χάνδακα, E ἐν ᾧ ἡ πόλις τούτων καθίδρυται· καὶ ταύτην πέριξ ἐτάφρωσαν. ἧς ὁ Ἀπόχαψ καθηγεμόνευσεν, καὶ θ' καὶ κ' Κρήσσας πόλεις ἠνδραποδίσατο, μιᾶς μόνης μὴ ἁλωθείσης ἀλλ' ἢ λόγῳ, ἀπολιορκήτου μεινάσης ἕως ἄρτι, ὃ καὶ κεκλῆσθαι ταύτῃ συνέδραμεν, ἐχόντων τῶν οἰκητόρων αὐτῆς σὺν ἐλευθερίᾳ ποιεῖν τὰ Χριστια- V. 19
νῶν εἰθισμένα. ὧν τῆς ἐπιδρομῆς ὁ Θωμᾶς καὶ ἁλώσεως αἴτιος, Ἀπόχαψις δέ. οὗ παῖς μὲν Σαΐπης ἐτύγχανε, Σαΐπου δὲ Βάβδελ,

ὑ
1. μεταναστεύειν ἡμᾶς L. 2. ἤγαγον ἡμᾶς L. 3. ἀπορρόξ L. 8. πρὸς σχυρότητα L. 19. ἑκόντων L. 21. immo Ἀπόχαψ τε.

obmurmurabatis mihi, tribules, abducere vos alio ad commode vivendum nolenti: atque ob id adduxi vos huc, ubi lactis et mellis est fluxus." At illi dixerunt ad eum "ubinam vero liberos nostros et uxores inveniemus?" Quibus ille "scitis vos plurimam praedam tulisse: ex hac igitur uxores vobis adiungite." Atque ista oratio grata ipsis visa est, seditioque inter ipsos sedata. Tum densis palis vallum circumposuerunt ad munitionem ipsis sufficientem; unde locus ille usque ad hoc tempus Charax (i. e. vallum) vocatur. Monachus autem quidam ingressus insulam dixit eis "si omnino cupitis in vestram potestatem redigere insulam, sequimini me: atque ubi coniectura assecutus ostendero vobis idoneum locum ad condendam urbem, ibi condite," abduxitque eos in locum qui dicitur Chandax, in quo urbs eorum sita est: atque eum fossa ducta circumdederunt. Illi urbi praefuit Apochaps, atque undetriginta Cretensium urbes subiugavit, una sola non expugnata nisi λόγῳ (i. e. verbo), non revera, ad hoc usque tempus; unde etiam appellari eam contigit Hypologiorum; concesso incolis ut libere peragant Christianorum consuetas functiones. Illorum autem Agarenorum incursionis et expugnationis urbium Thomas erat causa. Ceterum Apochapsidis filius erat Saipes,

ὃς ἐν Πελοποννήσῳ κατά τι θαλάσσης κλυδώνιον πρὸς γῆν σὺν νηῒ τῇ ἑαυτοῦ προσπαρείς, ἐν ἡμέραις τοῦ μακαρίτου Λέοντος βασιλέως, τηνικαῦτα δὲ στρατηγοῦντος Κωνσταντίνου τοῦ συνετόφρονος, ἐκεκράτητο, ᾧ τεσσαρακοντάπηχυς τὸ ἐπώνυμον· οὗτινος Βάβδελ ἐτέλει ὁ Ζερκουνῆς σύγγονος, ὁ πρὸ τοῦ νῦν ἀρχηγοῦ τῆς Κρήτης καθηγησάμενος.

Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νήσῳ Κύριλλος ὁ θαυμάσιος, ὁ Γορτύνης ἐπισκοπήσας τῆς πόλεως, ὑπὲρ Χριστοῦ ὡς ἱερεῖον ἄμωμον B ἐσφαγίαστο. οὗ τὸ τίμιον αἷμα μέχρι τῆς δεῦρο κατά τινα χῶρον, καθώς τινές φασιν, ἀνεξάλειπτον συντετήρηται· καθ᾽ ὃν οἱ εὐσεβεῖς φοιτῶντες καὶ τοῦτο σπόγγῳ ἐναπομάττοντες δι᾽ αὐτοῦ γε θεῖον μύρον ὑδρεύονται καὶ κατ᾽ οὐδὲν ἀλλοιοῦσι τὸ χρῶμα τοῦ αἵματος. ἔτι δὲ καὶ ἡ τῶν τροφίμων σεβαστῶν παίδων αὐτῆς ἑβδομὰς μετὰ πολλῶν ἄλλων ταφῇ ἀφιέρωται, ἀναιρεθέντων ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ἀδιστάκτου καὶ εἰλικρινοῦς πίστεως.

Καὶ δὴ ἔκτοτε κατακεκράτηντο ἂν παρ᾽ Ἀγαρηνῶν αἱ νῆσοι, εἰ μὴ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου ἔσχε φιλονεικότερον ἐλευθεριάσειν αὐτάς· καὶ δὴ πολυωρήσας ἐνδελεχῶς Κρατερῷ τῷ στρατηγέτῃ Κυβερεωτῶν ἐνετείλατο πάσας τὰς ὑπ᾽ αὐτὸν C ναῦς παρετοιμάσασθαι καὶ ἀπᾶραι εἰς Κρήτην καὶ σπουδῇ πάσῃ τοὺς ταύτης οἰκήτορας Σαρακηνοὺς ὀλοθρεῦσαι. ὃς ἐκεῖσε παρα-

1. πελοπονήσω L. 4. ὅτεσαρακοντάπηχυς L. 7. ὃς γορτύνης L.

Saipae autem Babdel, qui in Peloponneso tempestate quadam maris ad terram cum nave sua allisus, temporibus beati Leonis imperatoris, duce Constantino illo prudente, captus fuit, cui cognomen τεσσαρακοντάπηχυς (i. e. quadraginta cubitorum). Huius autem Babdel erat Zercunes frater, qui ante istum qui nunc est ducem Cretae praefuit.

Porro in hac insula Cyrillus ille admirandus, qui fuit Gortynae urbis episcopus, pro Christo velut immaculata hostia fuit immolatus. Cuius pretiosus sanguis usque ad hunc diem quodam in loco, ut quidam aiunt, indelebilis conservatur: quem locum pii homines frequentantes illumque sanguinem spongiis affricantes per eum divinum unguentum hauriunt et nullatenus colorem sanguinis immutant. Praeterea etiam alumnorum venerabilium et filiorum eius insulae septenarius, cum multis aliis, sepultura consecratus est, qui interfecti sunt pro fide in Christum indubitata et pura.

Et sane ab illo tempore mansissent in potestate Agarenorum insulae, nisi imperator Michael Amoriensis tantopere studuisset eas liberare. Itaque cum esset assidue sollicitus, Cratero praefecto Cybereotarum praecepit ut omnes quas sub se haberet naves instrueret et in Cretam proficisceretur atque omni studio Saracenos eam inhabitantes exterminaret.

γενόμενος σὺν ναυσὶν ο' κατ' αὐτῶν πόλεμον ἦρεν ἐξ ἀνατολῆς
ἡλίου μέχρι τῆς δύσεως, καὶ κατὰ τοσοῦτον αὐτῶν ἐκυρίευσεν
ὥστε πάντας καὶ ἀναιρήσειν βεβούλητο. ἀλλὰ κακοὶ ἀρχηγοὶ
συνόντες αὐτῷ οὐκ εὐβούλως ἀνέστειλαν εἰρηκότες "ἡμεῖς γε πάν-
τας ὑποπιέσαντες, οὐκ ἔτι πάντως οὗτοι τολμήσειαν τοῦ λοιποῦ
πρὸς ἡμᾶς ἀντιτάξασθαι. ἤδη νὺξ τελέθει, κατὰ τὸν ποιητήν·
ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι. δυσπεφόρηκε γὰρ ὁ λαός. ἄγωμεν
εἰς τὰς ἡμετέρας σκηνάς, καὶ πρωΐας ἐπιλαμπούσης ἀφιξώμεθα
καὶ κατάσχωμεν αὐτούς." καὶ δὴ τοῖς ῥήμασιν αὐτῶν φρεναπα- D
τηθεὶς πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν σὺν αὐτοῖς ἐπανέλυσεν. μηδα-
μῶς δὲ πεφροντικότες τῶν πρὸς σωτηρίαν ἀσφαλειῶν, ἀλλ'
ὑπτιάσαντες δυστυχῶς πολλῷ τε κόπῳ κατευνασθέντες καὶ θανά-
του ὕπνον ὑπνώσαντες, ἐπελθόντες νυκτὸς οἱ ἐχθροὶ σιδήρειον
ὕπνον τούτοις ἐπήγαγον· οὐδ' εἷς τῶν ἐκεῖσε παρόντων τουρμαρ-
χῶν ἢ ἀρχόντων πολεμικοῦ ἐπιβῆναι πλοίου δεδύνητο, μόνου
τοῦ στρατηγοῦ αὐτοῦ ἐμπορικῷ ἐπιβάντος καὶ ἀποπλεύσαντος.
περὶ οὗ μεμαθηκὼς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς δυσὶν ὁλκάσι λα-
βὼν ἐπεβίβασε καὶ αὐτοῦ κατεδίωξεν ὄπισθεν, καὶ πρὸς νῆσον
τὴν Κῶ τοῦτον κατέσχεν (φεῦ συμφορᾶς) καὶ ἐν αὐτῇ ξύλῳ κρε-
μάννυσιν. ὅθεν ἀνέκαθεν καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡ τῆς Κρήτης V. 23
νῆσος κεκράτηται παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν, ἐξ ἧς τοῖς Ῥωμαϊκοῖς
ὅροις ἐπισυρρέουσιν.

2. καὶ ante κατὰ om. L. 7. πειθέσθαι L. 13. σιδήριον L.
14. οὐδεὶς L.

Qui postquam eo pervenisset cum septuaginta navibus, cum illis bello conflixit ab ortu solis ad occasum, superavitque adeo ut omnes interficere cogitaret. Sed ignavi duces, qui erant apud ipsum, pessimo consilio represserunt eum, dicentes "cum nos universos illos satis afflixerimus, haud amplius audebunt deinceps acie congredi: *et iam nox humida caelo praecipitat*, secundum poetam, *suadentque cadentia sidera somnos.* Indignatur enim populus. Eamus in tabernacula nostra, et mane illucescente veniamus eosque opprimamus." Atque his verbis deceptus in tabernacula cum ipsis discessit. Ceterum nihil sollicitos de tutanda salute sua, sed supinos malo suo fato magnaque defatigatione sopitos ac mortifero somno oppressos aggressi nocte hostes ferreum somnum illis induxerunt. Nemo ex praesentibus turmarchis aut praefectis bellicam navem conscendere potuit: solus dux mercatoriam nactus enavigavit. De quo certior factus Agarenorum dux duabus navibus viros imposuit, eumque a tergo persecutus est atque apud insulam Co comprehendit (o calamitas!) et in ligno suspendit. Unde ab illo tempore usque ad hodiernum diem Cretae insula tenetur ab Agarenis, ex qua Romani imperii fines invadunt.

Εἶτα εὑρίσκεταί τις πολύφρων ἀνὴρ ᾧτινι Ὠρυφᾶς τὸ ἐπώνυμον, καὶ προστάξει βασιλικῇ διὰ τῆς αὐτοῦ εἰσηγήσεως ἀθροίζεται ναυτικὸν στρατολόγημα γενναιότατον, οἷς ἀνὰ μʹ χρυσοῦ ἐπιδίδοται νομίσματα, καὶ "οὐκ ἄλλως γένοιτο τόδε," εἰ μὴ ταῦτα κομίσοιντο, διηγόρευον. οἳ ὁλκάσιν εὐζώνως ἐπιβατεύσαντες καὶ ναύαρχον αὐτὸν κεκτημένοι τὴν ἐλευθερίαν πολλαῖς ἐχορήγησαν· οὓς τεσσαρακονταρίους τὸ ληφθὲν προσωνόμασεν.

Μιχαὴλ δὲ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτοῦ βασιλείας παντελεῖ ἀγροικίᾳ ἢ τῇ σκηπτουχίᾳ καλλωπιζόμενος περὶ τῶν
B *θείων εἰκόνων ἐδημηγόρησε τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν ἀπεργάζεσθαι· ἀλογιστεύων δὲ μετὰ ταῦτα πρὸς διπλόην ἀποτραπείς, Εὐφροσύνην, Κωνσταντίνου τὴν θυγατέρα τοῦ κατακριθέντος τυφλότητι, μονήρη βίον προσηκαμένην, πρὸς τὰ ἀνάκτορα εἰς γαμετὴν μετηγάγετο, καὶ τὸν εὐαγῆ Μεθόδιον ἀδίκως τιμωρησάμενος καθ' εἱρκτὴν ἐφυλάκισε περὶ τὴν νῆσον Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου, καθ' ἣν ὁ Ἀκρίτας ἐγγειτονῶν ἐμφανίζεται, οὗ ἀντικρὺ καταπρῆσαι τοῦτον οἰόμενος. Εὐθύμιον τὸν μητροπόλεως Σαρδιανῶν ἐξηγούμενον Θεόφιλος βουνεύροις χαλεπῶς ἐθανάτωσεν.*

Ἐπεβίω μὲν Μιχαὴλ τῇ βασιλείᾳ ἔτη ηʹ πρὸς ἐννέα μησίν, ἀπεβίω δὲ τῷ δυσουρίας νοσήματι ἐμπεσὼν ἐκ νεφρίτιδος ἐπιθέσεως.

1. ᾧτινι B, ᾧτι L. 2. αὐτοῦ B, αὐτῆς L. 6. νήσοις πολλαῖς B. 17. μητροπ̄ L. 20. νεφρίτηδος L.

Postea inventus fuit vir quidam prudens, cui cognomen Ooryphas, cuius admonitu iubente imperatore colligitur nauticus exercitus, in quo singulis quadraginta aurei dabantur: nec aliter fieri posse, nisi tantum accipiant, affirmabant. Qui navibus bene instructis vecti ipsumque navarchum habentes libertatem multis insulis praebuerunt. His id quod acceperant nomen fecit quadragenariorum.

Porro Michael imperator initio imperii sui summa morum rusticitate quam sceptro magis sibi placens, de divinis imaginibus concionem habuit, ut quisque quod sibi videretur faceret: sed inconsulte post haec ad versutias conversus, Euphrosynam Constantini filiam, illius qui caecitate condemnatus fuit, quamvis ea monasticam vitam assumpsisset, in regiam duxit pro uxore, sanctumque Methodium iniuste cruciatum in carcere asservavit in insula Andreae apostoli, qua vicinus Acritas conspicitur, ex adversis eius comburere hunc cogitans. Euthymium metropolitam Sardianorum antistitem Theophilus bubulis nervis vehementer caesum interfecit.

Vixit autem Michael in imperio annos octo et novem menses. Obiit, cum in difficultatem urinae incidisset morbo renum eum invadente.

ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ Γ

ΠΕΡΙ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΥΙΟΥ ΜΙΧΑΗΛ.

REGUM LIBER III

DE THEOPHILO MICHAELIS FILIO.

Ὁ δὲ Θεόφιλος τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κληρωσάμενος ἐν ἔτει ,ϛτλη', V. 24
ἰνδικτιῶνος η', ποιεῖται κατὰ Μαγναύραν σελλέντιον, πάντας ἐκεῖσε χωρεῖν ὁμοθυμαδὸν προτρεψάμενος, καὶ στὰς εἰς μέσον ἐδημηγόρησεν "ἐπειδὴ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ ὑμῶν βασιλεύς, ὦ ἱερὰ σύγκλητος, ὅρκοις με διεβεβαιώκει φρικτοῖς ἀποιχόμενος, τοῖς συνηγωνισμένοις αὐτῷ εἰς τὸ κατὰ Λέοντος νεανίευμα τῆς ἀγωνίας παρασχεῖν ἄξια, οὐ μεθήσειν τῆς ἐντολῆς οὐδαμῶς προτεθύμημαι." τούτων παρρησιασαμένων τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ παρεστώσῃ συγκλήτῳ, διαρρήδην αὐτὸς ἐγκελεύεται τῷ ἐπάρχῳ "ὅπερ ὁ νόμος θεσπίζει ἐπὶ τοῖς ἀνθρωπίνου φόνου μὴ εὐλαβουμένοις,

Inscr. Βασιλειῶν γ', caeteris in margine positis, om. L.

Theophilus autem paternum imperium hereditate adeptus anno mundi sexies millesimo trecentesimo tricesimo octavo, indictione octava, in Magnaura concionem habuit, omnibus illuc ire unanimiter iussis, atque in medio consistens verba fecit. "Quandoquidem meus pater et vester imperator, o sancte senatus, moriens iureiurando me obstrinxit horribili ut adiutoribus eius in facinore adversus Leonem dignum operae pretium tribuam, haudquaquam negligere illud praeceptum in animum induxi." Illis libere professis ad imperatorem et ad senatum adstantem, palam ipse mandat praetori "quod lex praecipit super iis qui hominis caedem

B τοῦτο δρᾶν διανάστηθι, ἄλλως τε πρὸς αὐτὸν βασιλέα, ᾧ χρῆσις παρὰ θεοῦ τῆς βασιλείας ἐπιβραβεύεται." καὶ τὸ θεσπισθὲν ἑτοίμως ἐξείργασται.

Ἐγκρατὴς δὲ τῶν σκήπτρων Θεόφιλος γεγονὼς ὅλως αὐτὸς κατ' Ἀγαρηνῶν ἐκστρατεύειν ἐπείγεται, πολυανδρίᾳ θαρρῶν καὶ ἀριστέων ἀνδρῶν ἐπισυλλογῇ. καὶ γὰρ εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ καὶ Μανουὴλ τὸν γεννάδαν τῶν Ἀρμενίων, οὗ κλέος τῆς ἀνδρείας κατὰ πᾶσαν Συρίαν καὶ Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν, πολλῷ δὲ μεῖζον καὶ εὐσεβείας, καθ' ἃ ἡ τῶν πραγμάτων παραδηλώσει ἀλήθεια, σὺν
C αὐτῷ καὶ τὸν ἐκ Περσίδος Θεόφοβον, ἄνδρα θεοσεβῆ καὶ πολλῆς ἐχόμενον ἀρρενωποῦ καὶ παλαιᾶς λογιότητος, ὡς πάλαι Μωσῆς Ἰησοῦν τοῦ Ναυὴ καὶ Χάλεβ τοὺς γενναιόφρονας, καὶ τούτοις τῇ καθ' ἡμᾶς εὐσεβείᾳ οὐ θεοφιλῶς ἐπεκέχρητο· δι' ὧν ποτὲ μὲν τῶν ἐξ Ἄγαρ κατίσχυε, ποτὲ δὲ τῶν δυστυχημάτων ἀντείχετο, ἀφράστοις θεοῦ προμηθεύσεσι τοῦ πάντα σοφῶς δι-
V. 25 θύνοντος. ὅθεν τῶν Ἀγαρηνῶν ποτὲ περιγεγονότων τοῦ βασιλέως, ἐπείπερ νίκη θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται, καθάπερ ὁ ποιητὴς ἀπεφήνατο, μόλις παρ' αὐτῶν διασέσωστο, εἰ καὶ πολλῶν τῶν Περσῶν διά γε τὰς ἥττας τοῖς Ἀγαρηνοῖς προσετίθεντο, κἂν ἐπαλινόστουν τῷ ἄνακτι, αὐτὸς ὁπηνίκα πρὸς ἀντιπάλους ἐξῄει, οὐχ ἥκιστα τῷ στέργειν αὐτοὺς τὸν Θεόφοβον.

1. χρῖσις B. 4. ὅλος L. 7. γεννάδα L. 12. ναυῆ L. *ibid.* fort. κἂν τούτων τῇ. Berglerus expressit ἡ — εὐσέβεια, *nostra religio.* 18. πολλοὶ B. 21. τῷ στέργειν B, τὸ στέργειν L.

non verentur, ad id exsequendum surge, praecipue ipsius imperatoris, cui divinitus id datum ut sit unctus domini." Itaque ut praeceptum ita prompte perfectum fuit.

Porro potitus sceptro Theophilus omni studio adversus Agarenos expeditionem parat, multitudine virorum fretus et coetu fortissimorum hominum. Etenim habebat secum Manuelem etiam illum strenuum ex Armenia, cuius fortitudo celebrabatur per omnem Syriam Romanamque ditionem, sed multo magis pietas in deum, prout rei veritas declarabit; cum illo et Theophobum, pium virum multaque praeditum virili et antiqua facundia; quemadmodum olim Moses Iosuam filium Num et Chalebum strenuos viros secum habuit; quanquam horum pietate christiana non ad placitum dei usus est: per quos aliquando quidem Agarenos vicit, aliquando autem calamitates et clades accepit, imperscrutabili dei consilio omnia sapienter gubernantis. Unde cum Agareni aliquando vicissent imperatorem, quandoquidem victoria in manu dei est, aegre ab illis evasit incolumis, quamvis multi ex Persis propter clades ad Agarenos deficerent, qui tamen redibant ad imperatorem, cum ipse adversus hostes proficisceretur, eo potissimum quod ipsi diligerent Theophobum.

Τοιαύτη δὲ ἡ κατὰ τοῦτον ἀπὸ διαφόρων κατὰ διαδοχὴν διάφορος κατά τι πάντως ἀπομνημόνευσις, ὡς τοῖς ἱστοροῦσι πρὸς ἀκριβολογίαν ἐξείθιστο. ἐπειδὴ τὰ ἐγκόσμια πάντως κατὰ ῥοὴν καὶ ἀπορροὴν καθεστήκεσαν, καὶ διαφθοραὶ φύλων αἰτίαις τισὶ κατὰ διασπορὰς παρυφίστανται, ὅθεν καὶ τοῦ Περσικοῦ ἔθνους, πάλαι μὲν τὸν σκηνίτην βίον περιπεποιημένου καὶ δέρεσι κατὰ περιστολὴν τὴν ἀπορίαν ἢ τὸ γενναῖον ἐπιδεικνυμένου, ἔτι B δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις πολλῶν ἐθνῶν κυριεύσαντος, καὶ εἰς παροινίαν ἐξ εὐτυχίας ἀρθέντος, καὶ μετὰ τοῦτο τὰ μέγιστα δυστυχήσαντος καὶ διανεμηθέντος, οἷα τοῖς Ἰουδαίοις καὶ ἑτέροις συμβέβηκεν ἔθνεσιν. ἐξείθιστο δὲ τοῖς Πέρσαις τοὺς ἑαυτῶν βασιλέας ἐκ βασιλείου φυλῆς ὑπέχειν ἀνάρρησιν· ἀλλὰ πολέμοις ἐν ἐπαλλήλοις καὶ ταῖς τῶν ἐξ ὁμογενῶν ἄλλαις ἐπαγωγαῖς κατὰ τὴν πατρίδα παντελῶς τῆς βασιλικῆς σειρᾶς ἐκλιπούσης, ἐν ἀμηχανίᾳ τε περὶ τούτου διατιθεμένων καὶ δι' ἐρεύνης ἐμμεριμνώντων, παρά τινος ἐδηλοποιήθη αὐτοῖς τῶν ποτὲ ὑπηρετησαμένων τινὶ C τῶν κατὰ βασιλικοῦ γένους συνάφειαν πολλαχῶς εἰς πρεσβείαν ἡκόντων Κωνσταντίνου τῇ πόλει, ἐκεῖσέ γε τὸν εἰς ζήτησιν εὑρηκέναι, εἰ καὶ μὴ ἐκ νομίμων γάμων, ἀλλ' ὅμως γεννηθέντα τοῦ πρέσβεως. ὅθεν παρεισδύντων αὐτῇ τῶν περὶ τούτου διατεταγμένων κρύφα καταστοχάσασθαι, καὶ ἀναγνωρισάντων τὸν νεανίαν (συγκατῴκει γὰρ τῇ τεκούσῃ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ὀξεῖαν δια-

4. διαφθοραὶ B, διαφοραὶ L. 6. δέρρεσι L. 8. κυριευ-σάντων (ος) L. 18. γε] τε L.

